
BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
C
351
NAPOLI

Digitized by Google



Digitized by Google

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI

Principis omnibus belli, & pacis artibus Excellentiſſimi,

HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS,

Illuſtrium, & exquiſitiſſimarum Diſputationum

LIBRI QVATVOR:

Quibus

Omnis diuinæ, atq; humanæ ſapientiæ, præſertim animi moderatricis Muſicæ, atq; Aſtrologiæ, arcana,

In

PLVTARCHI CHÆRONEI

De virtute morali praceptionibus recondita, ſummo ingenii acumine retecta, patefiunt, & figuris ſuo quaque loco illuſtrantur:

Opus præclarum, vnde Princeps ad reficiendum ex Reip. curis animum documentum ſibi petat; ſapientiæ verò ſtudioſus eruditionis fructum capiat vberrimum;

Iam pridem exoptatum, & nunc primùm in Germania editum.

HELENOPOLI,

Apud Iohannem Theobaldum Schônvvetterum.

Anno M. DC. IX.

Digitized by Google

AD

JLLVSTRISS. ET REVERENDISS. DN.

DN. OCTAVIVM AQVIVIVVM, S. R. E. PRESB. CARDINALEM

AMPLISSIMVM, ATQVE ARCHIEPISCOPVM NEAPOLITANVM,

JN DISPVTATIONES DE VIRTVTE MORVM,

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS,

PRÆFATIO

IVLII BELLI IVSTINOPOLITANI.

OMnem Rempublicam pacis artibus, ſimul & armorum virtute firmari, neminem prudentum, nedum ſapientiam tuã, fugit, Cardinalis præſtãtiſſime. Nam vtriuſque rei inter ſe permixtæ ſunt vtilitates & pax belli, bellum pacis viget auxilio: vtque in negotio, & periculis, togatæ pacis artes per ſe parum ſartæ, tectæque ſunt: ſic tranquillo reipublicæ ſtatu, Ianoque clauſo, ef-

feratos, & æqui iuris inſcios militum mores nunquam non publico malo retentos fuiſſe, exploratum eſt. Hinc Reſpublicas, quæ militari tantum diſciplina inſtructæ, quæve ſolis pacis legibus ſtabilitæ fuerunt, vtraſque viciſſitudine temporum pluribus obnoxias, & inuolutas calamitatibus, & (niſi ſua forte vitia ob maximam imperii potentiam ferre valuerint diutius) circulo quodam ſuo celerius abſoluto, facile concidiſſe, legimus. Qua de re prudenter Salluſtius, Si Regum, *inquit,* atq; Imperatorum animi virtus in pace ita, vti in bello valeret, æquabilius, atque conſtantius ſeſe res humanæ haberent, neq; aliud alio ferri, neq; mutari, atq; miſceri omnia cerneres. *Idcirco etenim ciuitates, quæ diu illaceſſitæ, longaque pace deſides obtorpuerunt, licet bonis viris, bonisque ciuibus enituerint; tamen, quaſi dextro claudicantes pede, cuicumque ſeruitio expoſitæ, meliorum paruiſſe imperiis, & in precium belli ceſſiſſe, traduntur. Rurſus, apud Reſp. militares, rebus aſperis, & periculis, quæ concordiam, & fortitudinem alebant, remotis igniculum iſtum virtutis paulatim deferbuiſſe, & haud multo poſt extinctum eſſe, vſu compertum eſt: Vnde pacis vacuæ præſidiis, aut in alienam ditionem, & poteſtatem ocyus redactæ; aut ſecum ipſæ, perinde atque corpus cum morbis, colluctatæ ſunt; donec ob auaritiam magiſtratuum, & præpotentium certamina, inualido legum auxilio, tandem diſſipatæ, actæque fuerint præcipites. Neque enim ſecus Carthaginenſium res Romano ceſſit imperio: & ob eandem cauſam Lacedæmoniorum ciuitas, rei militaris arte ſolummodo imbuta, corruit, & minus, quam Athenienſium permanſit: neque aliunde Romana Reſpublica, minus, quàm par erat, temperata pacis ſtudiis, poſt Carthaginis euerſionem, rabie quadam ciuium conflictata eſt. Ad quæ vitanda incommoda, non abs re diuinarum, ciuiliumque rerum ſcientiſſimus Plato ſuæ cuſtodes ciuitatis & milites eſſe volebat, & Philoſophos; quorum vtrũque, ſi Numerorum gnari eſſent, rectius præſtituros, exiſtimabat: Numerorum enim & militia, & Philoſophia æque particeps eſt. Vtitur iis dux in bello ad computandos milites, & acies inſtruendas, ideoque numerorum inuentor Palamedes, Agamemnonem ridiculum eſſe ducem,* 7. de Rep.

quòd

quòd computationis ignarus eſſet, paſsim apud tragœdos oſtendit, aſſeritque, Troiano ſe bello acies ordinaſſe, nauesque, & reliqua omnia numeraſſe; quaſi numerus horum antea fuiſſet incognitus, & Agamemnon neque quot pedes haberet, agnouerit. Vtitur iiſdem in pace Philoſophus, vt è procellis, fluctibusque caliginoſæ rerum ignorantiæ liberius emergat, & in eum, quo ſpectat, veritatis portum, & lucem ſecundiore curſu peruehatur: quin etiam (vt idem cenſet Plato) homines natura arithmetici ad omnes doctrinas apti ſunt, nam & obtuſiores ingenio huius ope diſciplinæ exacuuntur. Ergo, quid ſi eos Principes tantum, ciueſque, qui domi, militiæque, & belli, ac pacis artibus floreſcunt, omnibus proprie numeris abſolutos nuncupemus? Equidem (vt ad eum nominatim deueniam, omnibus vndique numeris & partibus abſolutiſſimum, virum, cuius intuitu hæc inſtituta eſt oratio) etſi, Cardinalis Illuſtriſsime, Tua, litteris, & armis, domi, foris q;, Sacerdotijs, & Principatibus clariſsima, familia, tanquam fertilis ager, permultos heroas omni laude circumfluentes, & eximiis auctos ornamentis hactenus ſemper tulit, eandemq; gloriam ſeris nepotibus per eadem veſtigia conſtituram, nihil quidquam dubitamus: tamen præcipue gaudendum tibi, vehementerque lætandum cenſeo, quotieſcunque AND MAT. AQVIVIVI *memoria repetitur, ac redintegratur. Quippe nihil in eo viro humile, nihil vulgare, ampla omnia, eminentia, excelſo, & ſuſpiciendo loco ſita, fuere: bello (in quantum præumbrante potentiorum faſtigio licuit) maxime claris ducibus par; pace, ſingulare Principum decus, dignitatis retinens, iuſtitiæ cultor, munificentiæ amans; cui ſecundum bonos mores tanta cura fuit ingenium omni genere liberalium artium, & ſcientiarum vtroque tempore expetendarum excolere, vt verè, & iure aſſeuerandum eſſe videatur, ſuperioribus ſeculis inter Philoſophos militem, aut inter milites Philoſophum ipſo illuſtriorem vixiſſe neminem. Neque inficias iuero, maximam laudem eſſe, militaribus artibus inclareſcere; vnde meritò fortibus ſtatuas erigimus, laureas, & triumphos decernimus: verùm dum cogito, in orbe terrarum copioſum ſemper fuiſſe ſtrenuorum*

militum, & bonorum Impp prouentum, rarum vero bonorum virorum, atque ciuium; haud abſurde fortaſſe in eam ſententiam delabor, vt exiſtimem, iis, qui pacis artibus elucent, eandem, & vel maiorem deberi gloriam: nam ſi pacis gratia bellum gerimus, & beatæ vitæ, quam omne genus mortalium habet in votis, propior eſt ipſius pacis tranquillitas, quàm ancipites bellorum caſus; eccur quæ artes finem, atq; ſcopũ attingunt, ea cæteris procul aberrantibus ad honorem non antecellẽt? Quòd ſi quis vtraſq; ſibi felici nexu conſociauerit, quænam elogia generoſo armatæ Palladis alumno, quas palmas, & ſtatuas abnuemus? quem virum iſto cumulatiorem laudibus, & numeris inſigniorem opinabimur? Talem profectò Andream Matthæum, aut neminem vſquam hominum extitiſſe, minime dubium eſt: proinde ſe (vt magnis tunc, & turbulentiſſimis quaſſabatur Italia tempeſtatibus) in caſtris, & inter arma, equitesque potius, quam in Academiis, & inter Philoſophos verſatum fuiſſe, perque totam ferme ſuam ætatem in militari puluere valde ſudaſſe, ipſemet non ſemel in hoc etiam opere ſcripſit: quod ſi nuſquam ſcripſiſſet, nihilominus ex honeſtiſsimis hiſtoriarum monumentis abunde innoteſceret. Quo tempore ad caſtra in loco metanda, artandas turmas, vel laxandas, inſtruendas, vel pro ſitu partiendas acies, tum in ipſa dimicatione, tum in itinere, an; ciuem Platonicum agens, geometricis numeris excellenter vſus fuerit, quid attinet dubitare? At vero Aſtronomicam ſcientiam maxime omnium principe viro dignam, & inter artes pacis eſſe, neque antehac ego dubitaui, neque poſthac vllus cuiquam dubitandi locus relinquitur; quando ad Reges Perſarum, qui ex Zoroaſtris inſtitutis omni ſapientiæ genere erudiebantur, & ad Ptolemæum Regem Ægyptiorum, quem nemo rerum cæleſtium cognitione hactenus præcellit, item ad Cæſarem dictatorem, qui annum ordinauit, denique ad Alphonſum Regem Aragonium, huius, cæterarumque ſcientiarum laude ornatiſsimum, ipſemet Andreas Matthæus accedit, qui aſtronomicos quoque numeros optimo ciui pernecesſarios eſſe, re ipſa, eximioque ſtudio, quantum Plato verbis, & argumentis, comprobauit: Cæli ſiquidem conuerſiones, ortus, obitus, motionesque ſyde-

ſyderum, [illegible] incitamentum quoddam ad ſuperna[illegible] rerum contemplationem nunquam non ſuſpexit; ratus, non ad ſuperiora dirigi, ſed ad inferiora deijci animi oculos, ſi ab ipſo cœlo non proſpiciatur vltra cœlum; perinde ac ſi quis videns figuras à Dædalo, vel ab alio quopiam artifice egregie compoſitas, & elaboratas, ab opere ad opificem ipſum mentis cogitatione conſcendat. Neque vero aſtronomicis ille tantum numeris quicquid intra mundi huius (vt ita dicam) pomœria concluditur, perluſtrauit, &, virtute duce, ſeu manu Plutarcho præmonēte, ad cœleſtium corporum imaginem animi mores effinxit, cæcosque, & palantes cupiditatum motus in ordinem, rectamque ſemitam coegit; ſed etiam aſtronomicis muſicos præſertim numeros adhibuit: Affines enim ſunt inter ſe, ambo rationi, ambo appetitui inſeruientes; & quoniam vt ad aſtronomiam oculi, ſic ad harmonicum motum aures fabricatæ videntur, ob eam quoque rem ſcientias haſce inuicem germanas eſſe, & Pythagoras putant, & Plato aſſentitur. Atque equidem non mediocri afficerer admiratione, quid ſit, cur præſtantiſſimus hic heros, qui nunquam ſe aut ſaltaſſe, aut ceciniſſe, aut fidibus luſiſſe, ſerio teſtatur [b], magno adeo ſtudio, ac curioſitate in muſicis philoſophatus fuerit; niſi veros muſicos eſſe, didiciſſem, nō eos, qui numeros, & tonos ad aures pertinentes ſectātur, aut crebrius voces frequentant, ingeminantque, aut chordas intendunt, & remittunt, ſed eos potius qui norunt, quam ob cauſam numeri reſpondeant inter ſe, qui conſonent, qui non, & eorum concentu ad mores concinnandos, & ad intellectualem conſonantiæ rationem perficiendam vtuntur: Nam quo ad priores; haud ſatis adhuc inter Philoſophos conſtat, num Principibus viris diſcenda ſit hæc ars, an potius alijs muſicam exercentibus percipienda tantum voluptas, præſertim cum de modulis recte iudicare poſſint & ii, qui non didicerunt, & Iupiter ipſe neque canat, neque citharam pulſet apud Poetas. Muſicus quidem fuit Nero, muſicus, præter cæteros, Epaminondas; ſed quantum illius dedecus quem abſterreat, tantum pelliciat huius autoritas: niſi forte credendum non eſt, virum, ante quem natum, & poſt cuius interitum Thebæ perpetuo alieno paruerunt imperio, poſteaquam animum ad

b L.1.c.13.&14.

Remp.

Remp. capeſſendam appulit, nimiam tibijs operam dediſſe; Quapropter ſic mecum decerno, retinendum eſſe, quod difficillimum factu eſt, ex ſapientia modum: quem cum excederet Alexander, merito reprehenſus eſt à Philippo, vnde cum Troiam poſtea acceſſiſſet, & hoſpes, ad quem diuerterat, lyram Paridis, vt præclarum munus, ei obtuliſſet: reiecit ille, Haud ſibi deeſſe, inquiens, Achillis lyram, qua fortium virorum laudes canebat. Verum Noſter quantò ſapientius pulſationem, quæ plectro fit, omnemque harmoniam, quæ auribus, non mente percipitur, neglexit? Ad numerorum autem naturam perueſtigandam, autore Platone, in otio, in negotio, ſic animum adiunxit, vt eorum adiumento multiplicem doctrinarum concentum facile conſecutus, & iuſtitiæ, quæ totius animæ harmonia quædam eſt, limites, ac proportiones acutiſſime rimatus, agendo, & contemplando, corpus, animumque ſupra mortales excoluerit: nunquam immemor, Principes viros, qui maximis in Rep. domi, militiæque muneribus functuri ſunt, claudos eſſe non debere: Contingit autem proculdubio claudos eſſe, quoties gymnaſiis; & venationi, & reliquis corporis exercitationibus dediti, diſciplinarum ſtudium refugiunt, neque audiendo, nec inquirendo delectantur; ſed omnem contemplationis curam oderunt. Ad harum laudum cumulum accedit, quod AND. MATTHÆVS *non in pace ſolum, non in bello, vt plerique mortalium, ſed etiam minus hodie vſitato exemplo vltra mortem gloriam ſuam ſcriptis ſuis extendit. Extollat Plutarchus quantumlibet Alexandrum, nam quoquo modo extollit, & propterea quod nullum ingenii monumentum memoriæ poſterorum ipſe tradiderit, non ideo minoris eum facit; in agendis ſiquidem, non ediſſertandis rebus ineſſe philoſophiam, & ſcribendi partes ſophiſtis relinquendas eſſe, autumat: id nos oratorie magis, quàm vere dictum putabimus. Quis enim (inſignes relinquo Philoſophos, ipſumque Plutarchum) I. Cæſarem, qui in ſummo vitæ diſcrimine iuxta ſibi turpe duxit arma, & paludamentum, atque commentarios abiicere, ſophiſtam dicat? Quis ſuperiorem Africanum, cui Terentianæ fabulæ adſcribuntur, quo nemo (vt Velleius ait) elegantius interuallo negotiorum otia diſpunxit; quis Annibalem,*

qui

Digitized by Google

qui tantis bellis diſtrictus (vt Corn. Nepos teſtatur) nonnullos græco ſermone libros conſcripſit; quis Xenophontem, ob ſcriptorum elegantiam Atticam Muſam dictum, tam indecoro titulo appellet? Appoſite magis, veriusque Plinius iunior eos prædicat beatos eſſe, quibus datum eſt, aut facere ſcribenda, aut ſcribere legenda, beatiſsimos vero, quibus vtrumque. Ex beatiſſimorum numero noſter hic eſt, quippe qui præter eximiam rerum geſtarum claritudinem immortalitatis deſiderio plurimos, heroicæ menti ſimillimos, fœtus more Philoſophorum generauit, & quo in animis diſcentium perpetuo exſtarent, in lucem vt prodirent, poteſtatem fecit: Hac videlicet nobiliſsima quadã quaſi procreatio eſt, & eiuſcemodi nati (niſi male Diotima Socratem docuit) humanis anteferendi, cum immortales ſint, immortalem quoq; gloriam parentibus gignunt; manſuri in animis hominum, in æternitate temporum, fama rerũ. In alterum hunc magni Parentis fœtum cum ipſe neſcio quo caſu nuperrime apud Germanos incidiſſem, equidẽ pro meo erga inclytã AQVIVIVORVM gentem incredibili ſtudio, atque obſeruantia mirifice exhilaratus ſum. Verum ex altera parte ſordidatus nobiliſsimæ prolis aſpectus ita me ſenſibus intimis affecit, vt mentem, animumque meum valde turbauerit meditantem ſc. vanitatem hominum, leuiora quæq;, & nugacia ſcripta pronis animis concelebrantium: & ſane turbauiſſet validius, niſi me paullo poſt tranquilliorem aliquantum feciſſet cogitatio illa, quòd eadem fermè ſors paſſim obtingat libris, qui publici ſaporis non ſunt, & quondam obtigerit operibus Ariſtotelis, Strabone teſte, penè amiſsis, & humo ſuffoſſis, neque niſi L. Syllæ temporibus Romam aſportatis. Etenim quem, obſecro, non tædeat, miſereatque, opus hoc, quod in deliciis Studioſorum habeatur, & nocturna, diurnaque manu verſetur, digniſsimum, aſpicere, prout ego aſpexi, ſqualore obſitum, lacerum, luci hominum per inuidiam ſubtractum, priuato carcere per auaritiam detentum? Mihi quidem, vtpote non ignaro malorum, iuſtiſſima tum ſubijt autoris, imo publicæ incuriæ acerbo cum dolore miſeratio. Cuius miſerationis impulſu, partim etiam hortatu AVGVSTINI GRADONICI

)( )(Reſe-

Referendarii Apoſtolici, viri non ſolum patriciatus Veneti, imaginumque ſplendore clariſſimi, ſed quem animi vis ingentibus negotiis haud impar, viuidum, & pereruditum ingenium, ſeuera comitas, ſpectata morum integritas inſigniter adeo exornant, vt quisquis eum nouerit, & non amarit protinus, næ illum ab omnibus Gratiis atque Muſis auerſo, abalienatoque animo eſſe oporteat: huius, vt dixi, hortatu, atq; ſuaſu curaui pro eo, ac debui, vt Aquiuiuum illiberali loco redemptum, meo contubernio exceptum, ſuis aliquot coloribus reſtitutum, per orbem litteratum mox vagaturum, honeſte pro tenuitate mea dimitterem: Præſertim malui, vt in tuo nomine, Cardinalis Ampliſſime, appareret, cum quia autoris modeſtiæ conſentaneam rem facturum me, putaui, ſi quæ ipſe ad Filium, & ad litterarum ſtudioſos affines ſuos animi cauſſa conſcripſit, ego integro poſt ſeculo ad præcipuum eiuſdem familiæ columẽ referrem, atque dirigerem, tum potiſſimum quia vel maxime decere mihi viſum eſt, vt quem ex maioribus tuis in prima iuuenta proprium ad gloriam, & ad ſudores, atque algores virtutis cauſſa perferendos exemplo ſtimulatorem, & concitatorem habuiſti, eundem in præſens fulgore dignitatis tuæ condecores, autoritate foueas, in manus hominum redeuntem commendes, atque amplifices. Ita, quo pacto ciconia parentem refouere, ac recreare perhibetur, honores veſtros (nullius vtpote alieni ſplendoris indigum genus) miro pietatis exemplo, inuicem colluſtrabitis. Enimuero And. Matthæus ipſe, ſi vitam, & ſpiritum duceret, quem, rogo, Principum, cui ſuas probatas eſſe vellet lucubrationes, adſciſceret ſibi lubentius, quàm te, genere eundem, & quibuslibet animi bonis non modo non degenerem, ſed, quod ille ſummopere gratularetur, etiam præſtantiorem? Qui latinis, pariter & græcis litteris erudiſſimus, Philoſophiam, & iuris ſcientiam altiſſimis rerum diuinarum ſtudijs cohoneſtauiſti; neque tantum in eorum conſideratione totus es, verùm in rebus agendis, quamquam in re diſpari, tamen pari cum laude verſaris, vt nulla hora ſit, quam non aut in virtute, aut in negociis tractandis, & conſulendis impendas, præſertim in iis, quæ ad ſecuritatem publicam, ad componenda Principum virorum diſſidia, ad priſtinũ

ſacro-

Digitized by Google

ſacroſanctæ Religioni decorem reſtituendum pertinent. Habes præterea materiem ad gloriam ARCHIEPISCOPATVM NEAPOLITANVM, *hoc eſt, vaſtam & ingentem ſolicitudinum molem, cui parem tantummodo tuam virtutem, neque ſupra eſſe, iniurius, & amens foret, quisquis diceret. Neque vero mearum eſſe partium volo, vt recenſeam, quanta vbique morum tuorum eluceat humanitas, moderatio, æquabilitas, conſtantia, quantis veræ pietatis, iuſtitiæ, prudentiæ, omnium denique virtutum laudibus publice, & priuatim eam perſonam ſuſtineas, quam tibi naturæ primum prærogatiua, recta mox inſtitutio, dein quæſita virtutes, demum luculentiſſima ipſarum præmia impoſuere: hoc vnum cognitum, & ſtatutum habeo, cum iis, qui cohorti, & comitatui Principum ſeſe aggregant, quam rectiſſime agendum fore, ſi tui ſimillimis operam, & obſequia ſua præſtarent; non tantùm quia mentis optimæ conſcientia munitus, & rigidus veritatis exactor, omne genus adulatoru dedecoris conſtanter aſpernaris, & pro modo meritorum beneuolentiam vnicuique tuam, & laudem impertiris, ſed multo magis quia nullam penitus aſſentatores miſeri peſtiferæ artis exercendæ, & ſplendidis mendaciis graſſandi anſam haberent, virtutum ſcilicet vocabula patronorum vitiis affingendo, totumque orbem terrarum per illos, quaſi per quædam viarum compendia, expeditiſſime corrumpendo. Sed hîc ſtylum compeſcam, ne, magnitudinem virtutum tuarum culpa ingenii deterendo, vltra quam ſatis eſt, ineptiat. Tuis interim auſpiciis And. Matthæus prodit in publicum, emiſſus meo quidem ſtudio, ſed etiam peculiari ope Religioſiſſimi Antiſtitis* ATTILII AMALTHÆI *S. Sedis Apoſtolicæ apud Sacri Rom. Imp. Electores Eccleſiaſticos Nuntii: Quem virum honoris ergo nominare libet, cùm quia in ære tuo ſe eſſe profitetur, laudumque tuarum buccinatorem agit, tùm præterea quoniam ex illis, qui innocentiſſimæ vitæ perpetuo tenore, & prudenti negotiorum tractatione clarent, Aula Romana, quos ei comparet, omnium conſenſu bonorum habet perpaucos, quem anteferat, neminem. Suſcipiat Amplitudo T. Illuſtriſſima hilari fronte, oro, atque obſecro, hunc opellæ meæ fructum, quem per clientem, atque admiratorem tuum* GRADONICVM

lubens offero, dedicoque: per eundem, inquam, vt quicquid mihi exiguæ fortunæ, infimæque notæ, neque ſatis culto homini deeſt, ſuppleat ipſe (quæ ſumma fuerit abſenti mihi præſtita humanitas) inter celſitudinem tuam, meamque humilitatem interiectus, & perbenignum, quod ſpero, & opto, conciliet mihi tui patrocinium. Eccur autem diffidam? Nunquam ego Cinerem hunc ingratum, hoc eſt, vt ſenſit[b] de Miſeno loquens Virgilius, gratiam non relaturum, verebor: aucupabitur mihi tuam ſine dubitatione gratiam, opemque. Nam ſi Romana nobilitas olim, cùm fumoſas maiorum imagines intueretur, vehementiſſime ad virtutem non ceræ, aut figuræ vi, ſed memoria rerum geſtarum accendebatur; certe multo vehementius te, generoſi, excelſique ingenij Principem, expreſſum hoc egregiæ mentis ſimulacrum ad iuſtiſſimam auiti decoris voluptatem præcipiendam commouebit, inque tuo pectore eos excitabit amores, quos virtus, tanquam cæleſtis Venus, gignere, & educare conſueuit: quibus affectibus quaſi dilatatus animus tuus quin me (gratiſſimo Cinere commendante, atque probante) clementer ſuſcepturus ſit, vix, aut ne vix quidem dubito. Firmat non temere conceptam ſpem, quod in iſto omnium gentium celeberrimo Theatro, qui tuas non adumbratas, vt multorum, ſed germanas, & prorſus dignas Eccleſiaſtico Heroe virtutes præ me ſuſpexerit, habuiſſe te neminem, & conſcius ipſe mihi ſum, & eorum plurimi, quos ob excellentes animi dotes, ſtudiorumque communionem tuæ conſuetudinis honore dignaris, atteſtabuntur. Mira tibi ſiquidem eſt (quod nemo ignorat) & perrara, demum AQVIVIVIS *hæreditaria in Muſarum cultores animi propenſio. Hinc ſicuti And. Matthæum Sannazario, Pontano, & eiuſmodi ingenio claris, atq; pollentibus viris impenſe fauiſſe, ſine admiratione lego; ſic nunquam mihi res noua viſa eſt, quod præ cæteris doctis, quos omnes quib. potes rebus (potes autem plurimis) perofficioſe tueris, & foues, charum imprimis, atque iucundum habeas* ANTONIVM QVERENGVM, *virum ob præſtantem magnarum rerum experientiam, optimarumque diſciplinarum notitiam præclarum: quocum actuoſiſſimæ vitæ interualla, ac ſpiramenta temporum, (quæcunque tibi haud modicam*

b Sid. Apoll. l. 4. ep. 11.

Reip.

Reip. Chriſtianæ partem nauiter fulcienti ſupereſſe queunt) ſcite diſpenſare, & innoxiis ſapientum voluptatibus temperare conſueuiſti; Equidem ſingulari vtriuſque laude, ſed neque minus raro Principum, negotia melius quàm otia diſponentium, documento.

Digitized by Google

PAVLVS IOVIVS

NOVOCOMENSIS EPISCOPVS NVCERINVS INTER ELOGIA DOCTORUM virorum.

NEmo ex his, qui, illuſtribus orti familiis, ætate noſtra claruerunt, quum peculiari bellica laude ducerentur, ANDREA MATTHÆO AQVAVIVIO, ad Præcutinos Hadrianorũ Regulo, ſe luculentius optimis diſciplinis exornauit; vti præclare conſtat ex eo libro nobili, pariter ac erudito, qui Encyclopædia inſcribitur, & de Morali Virtute Plutarchi plenior liber, ſubtili & copioſo commentario perſimilis oſtendit. Hic heros antiquæ virtutis, vti caſus tulit, bis bello, prælioque aduerſo, & vulneribus honeſtiſſime ſuſceptis, captus, forti animo tetri carceris calamitatem ſtudiorum ſolatio ita leniuit, vt ad eam exculti ingenii frugem, quę ab impotenti fortuna eripi non poteſt, generoſa meditatione peruenerit. Sed cum eum victor Conſaluus cum reliquis captiuis in triumpho ducendum in Hiſpaniam mitteret; Rex Ferdinandus prudentiæ, & lenitatis nomine maxime clarus, libertati, priſtinæque fortunæ reſtituit. Tanto itaque vſus beneficio per viginti quatuor annos egit iucundo in otio vitam dicatam Muſis, adeo ſplendide & vigilanter, vt ad idem litterarum honeſtiſſimum decus Beliſarium, fratrem Neretinorum Regulum æmulanter inuitaret, quem de Venatione, & de ſingularis certaminis prouocatione ſcripſiſſe videmus. Cæterum vir tantus, quum Neapolitanos Pro-

ceres

Digitized by Google

ceres candore,innocentia, & liberalitate facile ſuperaret, viſus eſt parum accuratus, & diligens in tuenda rei familiaris dignitate, quum in vltimo vitæ actu præaltus animus contemptor opum inſtitutæ liberalitatis neruos inconditis ſumptibus incidiſſet. Fato functus eſt ad Conuerſanum Bario finitimum ſeptuageſimo ſecundo ætatis anno, quum Lotrechij Galli infelicibus armis Apulia quateretur.

ACTII SYNCERI SANNAZARII.

Cernis, vt exultet patriis AQVIVIVS in armis,
Duraq; ſpumanti frena relaxet equo?
Quis, mites illum Permeſſi hauſiſſe liquores,
Credat, & imbelles excoluiſſe lyras?
Conſurgunt niuea fulgenti in caſſide criſtæ:
At clypeus toruo Gorgonis ore tumet.
Macte animo, rigidum Muſas qui ſtringere ferrum,
Qui Martem doctos cogis amare choros.
Hæc Ducis eſt virtus, non vni inſiſtere palmæ,
Sed nomen factis quærere, & ingeniis.

EIVSDEM.

MOEſta Bituntinæ duxerunt otia Nymphæ,
Nec Faunis ſolitos exhibuere choros;
Scilicet optato quicquid ſine principe cernunt,
Ingratum eſt; tantus principis vrget amor:
Nec ſatis eſt poſitis arcum ſpreuiſſe ſagittis,
Queſtubus & totos continuaſſe dies:
Aſt etiam noſtris faciunt conuitia terris,
Et nos Sirenas, Lotophagoſque vocant.
Vera loquor, Diuæ veniam date vera loquenti:
Non amor hic certe, ſed magis inuidia eſt.

MARCEL-

MARCELLI PALONII ROMANI.

NOn minus æternum ex A QVIVIVO habet Hadria nomen,
Nobilis immenſo quàm dedit ipſa mari.
Adde, freto ſuus eſt ſupero quòd terminus; illi
Nec limes tellus vlla, nec vnda datur.
Nam Muſis vbi honos, Martique, togæque manebit,
Et lucebit vbi Sol, A QVIVIVVS erit.

BARTHOLOMÆI LATOMI, ARLVnenſis.

DVm grauis incumbit ſæuos A QVIVIVVS in hoſtes,
Vincendique aperit dextra, animoque viam:
Contigit interea luſtrantem caſtra Gradiuum,
Arma vbi penderent, non ſua, ferre pedem.
Soluit, pertentat: vocis modulamine captus,
Perſtitit inuitam ſollicitare chelyn.
At versus, Dominum mox hoſtibus adfore fuſis:
Ille quidem vincat, ſed capiatur, ait.
Quid, veſane, tibi pro talibus imprecer auſis,
Ni citharam vt, quantum claſſica, ſemper ames?

ΠΑΟΤΤΑΡ-

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΧΑΙΡΟΝΕΩΣ

ΠΕΡΙ ΗΘΙΚΗΣ ΑΡΕΤΗΣ.

Περὶ τῆς ἠθικῆς λεγομένης ἀρετῆς καὶ δοκούσης ᾧ δὴ μάλιστα τῆς θεωρητικῆς διαφέρει, τῷ τὸ μὲν πάθος ὕλην ἔχειν, τὸν δὲ λόγον εἶδος, εἰπεῖν πρόκειται. τίνα τε οὐσίαν ἔχει, καὶ πῶς ὑφίστασθαι πέφυκε. καὶ πότερον οἰκείῳ λόγῳ κεκόσμηται τὸ δεδεγμένον μόριον αὐτὴν τῆς ψυχῆς, ἢ μετέσχηκεν ἀλλοτρίου. καὶ εἰ μετέσχηκε πότερον, ὡς τὰ μεμιγμένα πρὸς τὸ βέλτιον, ἢ μᾶλλον, ὡς ἐπιστασίᾳ τινὶ χρώμενον καὶ ἀρχῇ, μετέχειν λέγεται τῆς τοῦ ἄρχοντος δυνάμεως, ὅτι μὲν γὰρ δύναται, καὶ ἀρετὴν γεγονέναι, καὶ μένειν παντάπασιν ἄλογον καὶ ἄκρατον, οἶμαι δῆλον εἶναι. βέλτιον δὲ βραχέως ἐπιδραμεῖν καὶ τὰ τῶν ἑτέρων, οὐχ ἱστορίας ἕνεκα μᾶλλον, ἢ τοῦ σαφέστερα γενέσθαι τὰ οἰκεῖα καὶ βεβαιότερα, προεκτεθέντων ἐκείνων.

Περὶ δόξης παλαιῶν τινῶν φιλοσόφων περὶ ἀρετῆς.

Μενέδημος μὲν ὁ ἐξ Ἐρετρείας ἀνῄρει τῶν ἀρετῶν καὶ τὸ πλῆθος, καὶ τὰς διαφορὰς, ὡς μιᾶς οὔσης καὶ χρωμένης πολλοῖς ὀνόμασι. τὸ γὰρ αὐτὸ σωφροσύνην καὶ ἀνδρίαν, καὶ δικαιοσύνην λέγεσθαι, καθάπερ βροτὸν καὶ ἄνθρωπον. Ἀρίστων δὲ ὁ Χῖος, τῇ μὲν οὐσίᾳ μίαν καὶ αὐτὸς ἀρετὴν ἐποίει, καὶ ὑγείαν ὠνόμαζε. τῷ δὲ πρός τί πως, διαφόρους καὶ πλείονας, ὡς εἴ τις ἐθέλοι τὴν ὅρασιν ἡμῶν λευκῶν μὲν ἀντιλαμβανομένην λευκοθέαν καλεῖν, μελάνων δὲ μελανοθέαν, ἢ τι τοιοῦτον ἕτερον. καὶ γὰρ ἡ ἀρετὴ ποιητέα μὲν ἐπισκοποῦσα, καὶ μὴ ποιητέα κέκληται, φρόνησις. ἐπιθυμίαν δὲ κοσμοῦσα, καὶ τὸ μέτριον, καὶ τὸ εὔκαιρον ἐν ἡδοναῖς ὁρίζουσα, σωφροσύνη. κοινωνήμασι δὲ καὶ συμβολαίοις ὁμιλοῦσα τοῖς πρὸς ἑτέρους, δικαιοσύνη. καθάπερ τὸ μαχαίριον, ἓν μέν ἐστιν, ἄλλοτε δὲ ἄλλο διαιρεῖ καὶ τὸ πῦρ ἐνεργεῖ περὶ ὕλας διαφόρους μιᾷ φύσει χρώμενον. ἔοικε δὲ καὶ Ζήνων εἰς τοῦτό πως ὑποφέρεσθαι ὁ Κιτιεὺς ὁριζόμενος τὴν φρόνησιν, ἐν μὲν ἀπονεμητέοις, δικαιοσύνην. ἐν δὲ αἱρετέοις, σωφροσύνην. ἐν δὲ ὑπομενετέοις, ἀνδρίαν. ἀπολογούμενοι δὲ ἀξιοῦσιν ἐν τούτοις τὴν ἐπιστήμην φρόνησιν, ὑπὸ τοῦ Ζήνωνος ὠνομάσθαι. Χρύσιππος δὲ κατὰ τὸ ποιὸν ἀρετὴν ἰδίᾳ ποιότητι συνίστασθαι νομίζων, ἔλαθεν ἑαυτὸν κατὰ τὸν Πλάτωνα σμῆνος ἀρετῶν οὐ σύνηθες ἀγείρας οὐδὲ γνώριμον. ὡς γὰρ παρὰ τὸν ἀνδρεῖον ἀνδρίαν, καὶ παρὰ τὸν πρᾶον πραότητα, καὶ δικαιοσύνην παρὰ τὸν δίκαιον, οὕτω παρὰ τὸν χαρίεντα χαριεντότητα, καὶ παρὰ τὸν ἐσθλὸν ἐσθλότητα, καὶ παρὰ τὸν μέγαν μεγαλότητα, καὶ παρὰ τὸν καλὸν καλότητα, ἑτέρας τε τοιαύτας ἐπιδεξιότητας, εὐαπαντησίας, εὐτραπελίας, ἀρετὰς τιθέμενος, πολλῶν καὶ ἀτόπων ὀνομάτων οὐδὲν δεομένην ἐμπέπληκε φιλοσοφίαν.

Digitized by Google

Ὅτι πάντες οἱ φιλόσοφοι διάθεσίν τινα τὴν ἀρετὴν ἀπεφήναντο εἶναι.

Κοινῶς δὲ ἅπαντες οὗτοι τὴν ἀρετὴν τοῦ ἡγεμονικοῦ τῆς ψυχῆς διάθεσίν τινα καὶ δύναμιν γεγενημένην ὑπὸ λόγου, μᾶλλον δὲ λόγον οὖσαν αὐτὴν ὁμολογούμενον καὶ βέβαιον καὶ ἀμετάπτωτον ὑποτίθενται. καὶ νομίζουσιν οὐκ εἶναι τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον, διαφορᾷ τινι καὶ φύσει ψυχῆς τοῦ λογικοῦ διακεκριμένον, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ τῆς ψυχῆς μέρος, ὃ δὴ καλοῦσι διάνοιαν καὶ ἡγεμονικόν, δι᾽ ὅλου τρεπόμενον καὶ μεταβάλλον ἔν τε τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς κατὰ ἕξιν καὶ διάθεσιν μεταβολαῖς, κακίαν τε γίνεσθαι καὶ ἀρετὴν καὶ μηδὲν ἔχειν ἄλογον ἐν ἑαυτῷ. λέγεσθαι δὲ ἄλογον, ὅταν τῷ πλεονάζοντι τῆς ὁρμῆς ἰσχυρῷ γενομένῳ καὶ κρατήσαντι, πρός τι τῶν ἀτόπων παρὰ τὸν αἱροῦντα λόγον ἐκφέρηται. καὶ γὰρ τὸ πάθος εἶναι λόγον πονηρὸν καὶ ἀκόλαστον, ἐκ φαύλης καὶ διημαρτημένης κρίσεως σφοδρότητα καὶ ῥώμην προσλαβόντα.

Ὅτι ἠγνοήκασιν οἱ φιλόσοφοι ὅτι ἐκ δυοῖν ἀνομοίοιν φύσεων ἡ ψυχὴ συνίσταται.

Ἔοικε δὲ λαθεῖν τοῦτο τοὺς ἅπαντας, ἢ ὄντως ἡμῶν ὡς ἀληθῶς ἕκαστός ἐστι καὶ σύνθετος, τὴν γὰρ ἑτέραν διπλόην οὐ κατεῖδον, ἀλλὰ τὴν ψυχῆς καὶ σώματος μῖξιν ἐμφανεστέραν οὖσαν. ὅτι δὲ αὐτῆς ἐστι τῆς ψυχῆς ἐν ἑαυτῇ σύνθετόν τι, καὶ διφυὲς καὶ ἀνόμοιον, ὥσπερ ἑτέρου σώματος τοῦ ἀλόγου πρὸς τὸν λόγον ἀνάγκῃ τινὶ καὶ φύσει συμμιγέντος καὶ συναρμοσθέντος, εἰκὸς μὲν ἐστὶ μηδὲ Πυθαγόραν ἀγνοῆσαι, τεκμαιρομένους τῇ περὶ τὴν μουσικὴν σπουδῇ τοῦ ἀνδρός, ἣν ἐπηγάγετο τῇ ψυχῇ κηλήσεως ἕνεκα καὶ παραμυθίας, ὡς οὐ πᾶν ἐχούσῃ διδασκαλίᾳ μαθήμασιν ὑπήκοον, οὐδὲ λόγῳ μεταβλητὸν ἐκ κακίας, ἀλλά τινος ἑτέρας πειθοῦς συνεργοῦ καὶ πλάσεως καὶ τιθασεύσεως δεόμενον, εἰ μὴ παντάπασι μέλλοι φιλοσοφίᾳ δυσμεταχείριστον εἶναι καὶ ἀπειθές.

Ὅτι Πλάτων συνεῖδε τὴν ψυχὴν σύνθετον ἐκ δυοῖν φύσεων.

Ἐμφανῶς μέντοι καὶ βεβαίως καὶ ἀναμφιδόξως Πλάτων συνεῖδεν ὅτι τούτου γε τοῦ κόσμου τὸ ἔμψυχον οὐχ ἁπλοῦν οὐδὲ ἀσύνθετον οὐδὲ μονοειδές ἐστιν, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ταὐτοῦ καὶ τῆς ἑτέρου μεμιγμένον δυνάμεως, πῆ μὲν ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ κοσμεῖται καὶ περιπολεῖ μιᾷ τάξει κράτος ἐχούσῃ χρώμενον, πῆ δὲ εἴς τε κινήσεις καὶ κύκλους σχιζόμενον ὑπεναντίους καὶ πλανητούς, ἀρχὴν διαφορᾶς καὶ μεταβολῆς καὶ ἀνομοιότητος ἐνδίδωσι ταῖς περὶ γῆν φθοραῖς καὶ γενέσεσιν. ἥ τε ἀνθρώπου ψυχὴ μέρος ἢ τμῆμα τοῦ παντὸς οὖσα καὶ συνηρμοσμένη κατὰ λόγους καὶ ἀριθμοὺς ἐοικότας ἐκείνοις, οὐχ ἁπλῆ τίς ἐστιν οὐδὲ ὁμοιοπαθής, ἀλλ᾽ ἕτερον μὲν ἔχει τὸ νοερὸν καὶ λογιστικόν, ᾧ κρατεῖν τοῦ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν καὶ ἄρχειν προσῆκόν ἐστιν, ἕτερον δὲ τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον καὶ πολυπλανὲς καὶ ἄτακτον ἐξ ἑαυτοῦ δεόμενον. οὗ πάλιν διχῆ μεριζομένου, τὸ μὲν ἀεὶ σώματι βούλεσθαι συνεῖναι καὶ σῶμα θεραπεύειν πεφυκός, ἐπιθυμητικὸν κέκληται, τὸ δέ, ἔστιν ἢ τούτῳ πρός τι θέμενον, ἔστι δὲ ἢ τῷ λογισμῷ παρέχον ἰσχὺν ἐπὶ τοῦτο καὶ δύναμιν, θυμοειδές. ἀποδείκνυσι δὲ τὴν διαφορὰν μάλιστα τῇ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος ἀντι-

ἀντιβάσῃ, πρὸς τὸ ἐπιθυμοῦν καὶ θυμούμενον, ὥστε ἕτερα εἶναι πολλάκις ἀπειθοῦντα καὶ δυσμαχοῦντα πρὸς τὸ βέλτιστον.

Ὅτι καὶ Ἀριστοτέλης διαφορὰν ἔθετο ἐν τῷ λόγῳ χρωμένῳ μέρει, καὶ μὴ χρωμένῳ.

Ταύταις ἐχρήσατο ταῖς ἀρχαῖς ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ὡς δῆλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἔγραψεν. ὕστερον δὲ τὸ μὲν θυμοειδὲς, τῷ ἐπιθυμητικῷ προσένειμεν, ὡς ἐπιθυμίαν τινὰ τὸν θυμὸν ὄντα καὶ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως. τῷ μέντοι παθητικῷ καὶ ἀλόγῳ μέχρι παντὸς ὡς διαφέροντι τοῦ λογιστικοῦ, χρώμενος διετέλεσεν, οὐχ ὅτι παντελῶς ἄλογόν ἐστιν, ὥσπερ τὸ αἰσθητικὸν ἢ τὸ θρεπτικὸν καὶ φυτικὸν τῆς ψυχῆς μέρος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅλως ἀνήκοα λόγου καὶ κωφὰ τρόπον τινὰ τῆς σαρκὸς ἐκβεβλάστηκε, καὶ περὶ τὸ σῶμα παντελῶς καταπέφυκε. τὸ δὲ παθητικὸν οἰκείου λόγου στέρεται καὶ ἄμοιρόν ἐστιν. ἄλλως δὲ τοῦ λογιζομένου καὶ φρονοῦντος ὑπακούειν καὶ τρέπεσθαι πρὸς ἐκεῖνο καὶ ὑπείκειν καὶ κατασχηματίζεσθαι πέφυκεν, ἐὰν μὴ τέλεον ᾖ διεφθαρμένον ὑφ' ἡδονῆς ἀμαθοῦς καὶ ἀκολάστου διαίτης.

Κατὰ τῶν ἀπορούντων, πῶς ἂν τὸ ἄλογον τῷ λόγῳ ὑπήκοον εἴη.

Οἱ δὲ θαυμάζοντες ὅπως ἄλογον μέν ἐστι, λόγῳ δὲ ὑπήκοον, οὔ μοι δοκοῦσι τοῦ λόγου περινοεῖν τὴν δύναμιν ὅση πέφυκε καὶ ἐφ' ὅσον διήκει τῷ κρατεῖν καὶ ἄγειν, οὐ σκληραῖς οὐδὲ ἀντιτύποις ἀγωγαῖς ἀλλὰ τυπικαῖς, καὶ τὸ ἐνδόσιμον καὶ πειθήνιον ἐχούσαις ἁπάσης ἀνάγκης καὶ βίας ἀνυσιμώτερον, ἐπεὶ καὶ πνεῦμα δήπου καὶ νεῦρα καὶ ὀστᾶ καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τοῦ σώματος, ἄλογά ἐστιν. ἀλλ' ὅταν ὁρμὴ γένηται σείσαντος ὥσπερ ἡνίας τοῦ λογισμοῦ, πάντα τέτακται καὶ συνῆκται καὶ ὑπακούει. καὶ πόδες τε, θεῖν διανοηθέντος, εὔτονοι. καὶ χεῖρες εἰς ἔργον καθίστανται, βαλεῖν ἢ λαβεῖν, ὁρμήσαντος. ἄριστα δὲ ὁ ποιητὴς τὸ συμπαθὲς καὶ συγκατασχηματιζόμενον τῷ λόγῳ τοῦ ἀλόγου παρέστησε διὰ τούτων.

Ὣς τῆς τήκετο καλὰ παρήια δάκρυ χεούσης,
Κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον. αὐτὰρ Ὀδυσσεὺς,
Θυμῷ μὲν γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα.
Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν ἠὲ σίδηρος,
Ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι, δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθεν.

Οὕτω κατήκοοι εἶχε τῆς κρίσεως καὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ δάκρυον.

Ἀπόδειξις διὰ παραδειγμάτων, πῶς τὸ ἄλογον πείθεται τῷ λόγῳ.

Δηλοῦσι δὲ καὶ τὸ παρὰ καλαῖς καὶ καλοῖς, ὧν οὐκ ἐᾷ λόγος οὐδὲ νόμος θιγεῖν, αἰδοίαν φυγαὶ καὶ ἀναχωρήσεις ἡσυχίαν ἄγοντος καὶ ἀτρεμοῦντος. ὃ μάλιστα συμβαίνει τοῖς ἐρῶσιν, εἶτα ἀκούσασιν ὡς ἀδελφῆς ἐρῶντες ἢ θυγατρὸς ἠγνοήκασιν. ἀλλὰ γὰρ ἔπτηξε τὸ ἐπιθυμοῦν ἁψαμένου τοῦ λόγου, καὶ τὸ σῶμα τὰ μέρη συνευσχημο-

τοῦτο τῇ κρίσει παρέσχε. σιτίοις γέ μην πολλάκις καὶ ὄψοις μάλα ἡδέως προσοιηχθέντες, ἂν αἰσθῶνται καὶ μάθωσιν αὐτοὺς τῶν μὴ καθαρῶν τι μηδὲ νομίμων ἐδηδοκότας, οὐ τῇ κρίσει μόνον ἐπιτίθενται τὸ λυποῦν καὶ δάκνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σῶμα τῇ δόξῃ συνδιαστρεπόμενον καὶ ἀναπιμπλάμενον, ἔμετοι καὶ διατροπαὶ ναυτιώδεις ἴσχουσι.

Ἔρχεται ἀποδείξων παραδείγμασιν ὅτι τὸ ἄλογον πείθεται τῷ λόγῳ

Δέδοικα δὲ μὴ δόξαιμι παντάπασιν ἐπαγωγὰς καὶ νεαρὰ τῷ λόγῳ περαίνειν, ψαλτήρια διεξιὼν, καὶ λύρας, καὶ πηκτίδας, καὶ αὐλοὺς καὶ ὅσα μουσικῆς προσῳδὰ καὶ προσήγορα μηχανησαμένους ἀνθρωπίνοις πάθεσιν, ἄψυχα συνῆλθε καὶ συνεπιθρηνεῖ καὶ συνᾴδει καὶ συνακολασταίνει τὰς κρίσεις ἀναφέροντα καὶ τὰ πάθη, καὶ τὰ ἤθη τῶν χρωμένων. καίτοι καὶ Ζήνωνά φασιν εἰς θέατρον ἀνιόντα κιθαρῳδοῦντος Ἀμοιβαίου, πρὸς τοὺς μαθητὰς ἴωμεν εἰπεῖν, ὅπως καταμάθωμεν οἵαν ἔντερα καὶ νεῦρα, καὶ ξύλα, καὶ ὀστᾶ λόγου, καὶ ἀριθμοῦ μετασχόντα, καὶ τάξεως, ἐμμέλειαν καὶ φωνὴν ἀφίησιν. ἀλλὰ ταῦτα ἐάσας. ἡδέως ἂν αὐτῶν πυθοίμην εἰ κύνας καὶ ἵππους, καὶ ὄρνιθας οἰκουροὺς ἐρῶντες, ἔθει καὶ τροφῇ. καὶ διδασκαλίᾳ φωνάς τε συνετὰς καὶ πρὸς λόγον ὑπηκόους κινήσεις καὶ σχέσεις ἀποδιδόντας καὶ πράξεις τὸ μέτριον, καὶ τὸ χρήσιμον ἡμῖν ἐχούσας. Ὁμήρου δ' ἀκούοντες τὸν Ἀχιλλέα λέγοντος ὀτρύνειν ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἐπὶ τὴν μάχην, ἔτι θαυμάζουσι καὶ διαποροῦσιν, εἰ τὸ θυμούμενον ἐν ἡμῖν καὶ ἐπιθυμοῦν, καὶ λυπούμενον, καὶ ἡδόμενον, ὑπακούειν τε τῷ φρονοῦντι καὶ πάσχειν ὑπ' αὐτοῦ καὶ συνδιατίθεσθαι πέφυκεν, οὐκ ἀπεικοῦν οὐδὲ ἀπεσχοινισμένον οὐδὲ πλαττόμενον ἔξωθεν, οὐδὲ τυπούμενον ἀνάγκαις τισὶν ἢ πληγαῖς, ἀλλὰ φύσει μὲν ἐξηρτημένον, ἀεὶ δὲ ὁμιλοῦν καὶ συντρεφόμενον καὶ ἀναπιμπλάμενον ὑπὸ συνηθείας. διὸ καὶ καλῶς ὠνόμασται τὸ ἦθος. ἔστι μὲν γὰρ (ὡς τύπῳ εἰπεῖν) ποιότης τοῦ ἀλόγου τὸ ἦθος. ὠνόμασται δὲ ὅτι τὴν ποιότητα ταύτην καὶ τὴν διαφορὰν ἔθει λαμβάνει τὸ ἄλογον, ὑπὸ τοῦ λόγου πλαττόμενον οὐ βουλομένου τὸ πάθος ἐξαιρεῖν παντάπασιν. οὔτε γὰρ δυνατὸν οὔτε ἄμεινον, ἀλλὰ ὅρον τινὰ καὶ τάξιν ἐπιτιθέντος αὐτῷ καὶ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς οὐκ ἀπαθείας οὔσας, ἀλλὰ συμμετρίας παθῶν καὶ μεσότητας ἐμποιοῦντος· ἐμποιεῖ δὲ τῇ φρονήσει τὴν τοῦ παθητικοῦ δύναμιν εἰς ἕξιν ἀστείαν καθιστάς.

Περὶ δυνάμεως, πάθους, καὶ ἕξεως.

Τρία γὰρ δὴ ταῦτά φασι περὶ τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν, δύναμιν, πάθος, ἕξιν· ἡ μὲν οὖν δύναμις, ἀρχὴ καὶ ὕλη τοῦ πάθους: οἷον ὀργιλότης, αἰσχυντηλία, θαρραλεότης. τὸ δὲ πάθος, κίνησίς τις ἤδη τῆς δυνάμεως, οἷον ὀργὴ, θάρσος, αἰδὼς, θράσος. ἡ δὲ ἕξις, ἰσχὺς καὶ κατασκευὴ τῆς περὶ τὸ ἄλογον δυνάμεως ἐξ ἔθους ἐγγινομένη, κακία μὲν ἂν φαύλως, ἀρετὴ δὲ ἂν καλῶς ὑπὸ τοῦ λόγου παιδαγωγηθῇ τὸ πάθος.

Περὶ διαφορᾶς σοφίας καὶ φρονήσεως.

Ἐπεὶ δὲ οὐ πᾶσαν ἀρετὴν μεσότητα ποιοῦσιν οὐδὲ ἠθικὴν καλοῦσι, λεκτέον ἂν εἴη περὶ τῆς διαφορᾶς ἀρξαμένοις ἄνωθεν. ἔστι τοίνυν τῶν πραγμάτων τὰ μὲν ὅπως

ἔχοντα

Digitized by Google

ἔχοντα, τὰ δὲ πῶς ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς. ὅπως μὲν οὖν ἔχοντα, γῆ, οὐρανός, ἄστρα, θάλασσα. πῶς δὲ ἔχοντα πρὸς ἡμᾶς, ἀγαθόν, κακόν, αἱρετόν, φευκτόν, ἡδύ, ἀλγεινόν. ἀμφοῖν δὲ τοῦ λόγου θεωρητικοῦ ὄντος, τὸ μὲν περὶ τὰ ὅπως ἔχοντα μόνον, ἐπιστημονικὸν καὶ θεωρητικόν ἐστι. τὸ δὲ ἐν τοῖς πῶς ἔχουσι πρὸς ἡμᾶς, βουλευτικὸν καὶ πρακτικόν. ἀρετὴ δὲ τούτου μὲν, ἡ φρόνησις. ἐκείνου δὲ ἡ σοφία. διαφέρει δὲ σοφίας φρόνησις, ᾗ τοῦ θεωρητικοῦ πρὸς τὸ πρακτικόν, καὶ παθητικὸν ἐπιστροφῆς καὶ σχέσεώς τινος γενομένης ὑφίσταται κατὰ λόγον ἡ φρόνησις. διὸ φρόνησις μὲν τύχης δεῖται, σοφία δὲ οὐ δεῖται πρὸς τὸ οἰκεῖον τέλος οὐδὲ βουλῆς, ἔστι γὰρ περὶ τὰ αὐτά, καὶ τὰ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα. καὶ καθάπερ ὁ γεωμέτρης οὐ βουλεύεται περὶ τοῦ τριγώνου εἰ δυοῖν ὀρθαῖν ἴσας ἔχει τὰς ἐντὸς γωνίας, ἀλλ' οἶδεν, αἱ γὰρ βουλαὶ περὶ τῶν ἄλλοτε ἄλλως ἐχόντων, οὐ περὶ τῶν βεβαίων καὶ ἀμεταπτώτων. οὕτως ὁ θεωρητικὸς νοῦς περὶ τὰ πρῶτα καὶ μόνιμα, καὶ μίαν ἀεὶ ἔχοντα φύσιν μὴ δεχομένην μεταβολὰς ἐνεργῶν, ἀπήλλακται τοῦ βουλεύεσθαι. τὴν δὲ φρόνησιν εἰς τὰ πράγματα πλάνης μεστὰ καὶ ταραχῆς καθιεῖσαν ἐπιμίγνυσθαι τοῖς τυχηροῖς πολλάκις ἀναγκαῖόν ἐστι. καὶ τῷ βουλευτικῷ χρῆσθαι περὶ τῶν ἀδηλοτέρων τῷ δὲ πρακτικῷ τὸ βουλευτικὸν ἐπιδεχομένην ἐνεργεῖν ἤδη καὶ τοῦ ἀλόγου συμπαρόντος καὶ συνεφελκομένου ταῖς κρίσεσιν. ὁρμῆς γὰρ δέονται. τὴν δὲ ὁρμὴν τῷ πάθει ποιεῖ τὸ ἦθος, λόγου δεομένην ὁρίζοντος ὅπως μετρία παρῇ καὶ μήτε ὑπερβάλλῃ, μήτε ἐγκαταλίπῃ τὸν καιρόν. τὸ γὰρ δὴ παθητικὸν καὶ ἄλογον κινήσεσι χρῆται, ταῖς μὲν ἄγαν σφοδραῖς καὶ ὀξείαις, ταῖς δὲ μαλακωτέραις ἢ προσήκει καὶ ἀργοτέραις. ὅθεν ἕκαστον ὧν πράττομεν ἀεί, μοναχῶς μὲν κατορθοῦται, πλεοναχῶς δὲ ἁμαρτάνεται. τὸ γὰρ βαλεῖν τὸν σκοπὸν ἕν ἐστι καὶ ἁπλοῦν, ἀστοχοῦσι δὲ ἄλλοτε ἄλλως ὑπερβάλλοντες τὸ μέτριον ἢ προαπολείποντες. τοῦτο οὖν τοῦ πρακτικοῦ λόγου κατὰ φύσιν ἔργον ἐστί, τὸ ἐξαιρεῖν τὰς ἀμετρίας τῶν παθῶν καὶ πλημμελείας. ὅπου μὲν γὰρ ὑπὸ ἀρρωστίας καὶ μαλακίας ἢ δέους. καὶ ὄκνου προσενδίδωσιν ἡ ὁρμὴ καὶ προαπολείπει τὸ καλόν, ἐνταῦθα πάρεστιν ἐξεγείρων καὶ ἀναρριπίζων. ὅπου δὲ πάλιν ἐκφέρεται ῥυεῖσα πολλὴ καὶ ἄτακτος, ἐκεῖ τὸ σφοδρὸν ἀφαιρεῖ καὶ ἵστησιν. οὕτω δὲ ὁρίζων τὴν παθητικὴν κίνησιν, ἐμποιεῖ τὰς ἠθικὰς ἀρετὰς περὶ τὸ ἄλογον, ἐλλείψεως καὶ ὑπερβολῆς μεσότητας οὔσας. οὐ γὰρ ἅπασαν ἀρετὴν μεσότητι γίνεσθαι ῥητέον. ἀλλ' ἡ μὲν ἀπροσδεὴς τοῦ ἀλόγου, καὶ περὶ τὸν εἰλικρινῆ καὶ ἀπαθῆ νοῦν συνισταμένη σοφία καὶ φρόνησις, αὐτοτελής τις ἐστὶν ἀκρότης τοῦ λόγου καὶ δύναμις, ᾗ τὸ θειότατον ἐγγίνεται τῆς ἐπιστήμης καὶ μακαριώτατον. ἡ δὲ ἀναγκαία διὰ τὸ σῶμα, καὶ δεομένη διὰ τὸ παθητικῆς ὥσπερ ὀργανικῆς ὑπηρεσίας ἐπὶ τὸ πρακτικόν, οὐκ οὖσα φθορὰ τοῦ ἀλόγου τῆς ψυχῆς, οὐδὲ ἀναίρεσις ἀλλὰ τάξις καὶ διακόσμησις, ἀκρότης μέν ἐστι τῇ δυνάμει καὶ τῇ ποιότητι, τῷ ποσῷ δὲ μεσότη γίνεται τὸ ὑπερβάλλον ἐξαιροῦσα καὶ τὸ ἐλλεῖπον.

Τὸ μέσον μὴ εἶναι εἰ μὴ δι' ἐλλείψεως καὶ ὑπερβολῆς, διαφέρειν τε σωφροσύνην ἐγκρατείας, καὶ ἀκολασίαν ἀκρασίας.

Ἐπεὶ δὲ πολλαχῶς τὸ μέσον, καὶ γὰρ τὸ κεκραμένον τῶν ἀκράτων μέσον, ὡς λευκοῦ καὶ μέλανος τὸ φαιόν, καὶ τὸ περιέχον, καὶ τὸ περιεχόμενον τοῦ περιεχομένου, καὶ περιέχοντος, ὡς τῶν δώδεκα καὶ τεττάρων τὰ ὀκτὼ καὶ τὸ μηδ' ἑτέρου τῶν ἄκρων μετέχον ὡς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὸ ἀδιάφορον. τούτων μὲν οὐδενὶ τῶν τρόπων, ἡ ἀρετὴ εἴη ἂν μεσό-

της. οὔτε γὰρ μίγμα τῶν κακιῶν ἐστιν, οὔτ' ἐμπεριέχουσα τὸ ἔλαττον ἐμπεριέχεται τῷ πλεονάζοντι τοῦ προσήκοντος, οὔτε ἀπήλλακται παντάπασι τῶν παθητικῶν ὁρμῶν, ἐν αἷς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττόν ἐστι. γίνεται δὲ μεσότης καὶ λέγεται μάλιστα τῇ περὶ φθόγγους καὶ ἁρμονίας ὁμοίως ἐκείνῃ. τε γὰρ ἐμμελὴς οὖσα φωνὴ καθάπερ ἡ νήτη καὶ ὑπάτη, τοῦ μὲν τὴν ὀξύτητα τοῦ δὲ τὴν βαρύτητα τὴν ἄγαν διαπέφευγεν. αὕτη τε κίνησις οὖσα καὶ δύναμις περὶ τὸ ἄλογον, τὰς ἐκλύσεις καὶ τὰς ἐπιτάσεις καὶ ὅλως τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ἐξαιρεῖ τῆς ὁρμῆς εἰς τὸ μέτριον καὶ ἀναμάρτητον καθιστᾶσα τῶν παθῶν ἕκαστον. αὐτίκα τὴν μὲν ἀνδρίαν, μεσότητά φασι εἶναι δειλίας καὶ θρασύτητος, ὧν ἡ μὲν ἔλλειψις, ἡ δὲ ὑπερβολὴ τοῦ θυμοειδοῦς ἐστι. τὴν δὲ ἐλευθεριότητα μικρολογίας καὶ ἀσωτίας. πραότητα δὲ, ἀναλγησίας καὶ ὠμότητος. αὐτήν τε σωφροσύνην, καὶ δικαιοσύνην, τὴν μὲν περὶ τὰ συμβόλαια, μήτε πλέον νέμουσαν αὑτῇ τοῦ προσήκοντος μήτ' ἔλαττον. τὴν δὲ εἰς τὸ μέσον ἀπαθείας ἀναισθησίας καὶ ἀκολασίας, ἀεὶ τὰς ἐπιθυμίας καθιστᾶσαν. ἐν ᾧ δὴ καὶ μάλιστα δοκεῖ τὸ ἄλογον τῆς πρὸς τὸ λογικὸν διαφορᾶς αὐτῇ παρέχειν κατανόησιν, καὶ δεικνύειν τὸ πάθος, ὡς ἕτερόν τι κομιδῆ τοῦ λόγου ἐστί. οὐ γὰρ ἂν διέφερε σωφροσύνης ἐγκράτεια. καὶ ἀκολασίας ἀκρασία περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας, εἰ ταὐτὸν ἦν τῆς ψυχῆς ὃ ἐπιθυμεῖν ὅ, τε κρίνειν πέφυκε, νῦν δὲ σωφροσύνη μέν ἐστιν, οὗ τὸ παθητικὸν ὥσπερ εὐήνιον θρέμμα καὶ πρᾶον, ὁ λογισμὸς ἡνιοχεῖ καὶ μεταχειρίζεται περὶ τὰς ἐπιθυμίας χρώμενος ὑπεῖκόν τι καὶ δεχόμενον τὸ μέτριον καὶ τὸ εὐσχῆμον ἑκουσίως. ἡ δὲ ἐγκράτεια ἄγει μὲν ἐρρωμένῳ τῷ λογισμῷ καὶ κρατοῦντι τὴν ἐπιθυμίαν, ἄγει δὲ οὐκ ἀλύπως οὐδὲ πειθομένην ἀλλὰ πλαγίαν καὶ ἀντιτείνουσαν. οἷον ὑπὸ πληγῆς χαλινοῦ καταβιαζόμενος καὶ ἀνακρούων, ἵζει περὶ τὰ τῆς ψυχῆς ὑποζύγια οὐ χείρονος πρὸς τὸ βέλτιστον ζυγομαχοῦντος ἅμα καὶ τὸν ἡνίοχον διαταράττοντος ἀντέχειν ὀπίσω καὶ κατατείνειν ὑπὸ σπουδῆς ἀναγκαζόμενον ἀεὶ μὴ βάλῃ φοίνικας ἐκ χειρῶν ἱμάντας κατὰ Σιμωνίδην. ὅθεν οὐδὲ ἀρετὴν αὐτοτελῆ ἀξιοῦσι τὴν ἐγκράτειαν, ἀλλὰ ἔλαττον ἀρετῆς εἶναι. μεσότης γὰρ οὐ γέγονεν ἐκ συμφωνίας τοῦ χείρονος πρὸς τὸ βέλτιον. οὐδὲ ἀνῄρηται τοῦ πάθους τὸ ὑπερβάλλον, οὐδὲ πειθόμενον οὐδὲ ὁμολογοῦν τῷ φρονοῦντι τῆς ψυχῆς τὸ ἐπιθυμοῦν. ἀλλὰ λυποῦν καὶ λυπούμενον καὶ κατειργόμενον ὑπ' ἀνάγκης, ὥσπερ ἐν στάσει δυσμενὲς καὶ πολέμιον συνοικεῖ.

» Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
» Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Ἡ τοῦ ἐγκρατοῦς ψυχὴ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν καὶ τὴν διαφοράν.

Ἀκρασίαν ἔλαττον κακίας εἶναι, παντελῆ δὲ κακίαν τὴν ἀκολασίαν.

ΚΑτὰ ταῦτα δ' οἴονται καὶ τὴν ἀκρασίαν, ἔλαττον κακίας εἶναι. παντελῆ δὲ κακίαν τὴν ἀκολασίαν. αὕτη μὲν γὰρ ἔχουσα καὶ πάθος φαῦλον καὶ λόγον, ὑφ' οὗ μὲν ἐξάγεται τὸ ἐπιθυμεῖν πρὸς τὸ αἰσχρόν. ὑφ' οὗ δὲ τῷ κακῶς κρίνειν προστιθεμένου ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ τὴν αἴσθησιν ἀποβάλλει τῶν ἁμαρτανομένων. ἡ δὲ ἀκρασία τῷ μὲν λόγῳ σώζει τὴν κρίσιν ὀρθὴν οὖσαν. τῷ δὲ πάθει φέρεται παρὰ τὴν κρίσιν ἰσχύοντι τοῦ λόγου μᾶλλον. ὅθεν διαφέρει τῆς ἀκολασίας, ὅπου μὲν γὰρ ἡττᾶται τοῦ πάθους ὁ λογισμὸς, ὅπου δὲ μάχεται καὶ ὅπου μὲν ἀντιλέγων, ἕπεται ταῖς ἐπιθυμίαις.

ὅπου

Digitized by Google

ὅπου δὲ ὑφηγεῖται συναγορεύων. καὶ ὅπου μὲν ἡδομένου κοινωνεῖν ὑπάρχει τῶν ἁμαρτανομένων. ὅπου δὲ ἀχθομένου. καὶ ὅπου μὲν ἑκὼν φέρεται πρὸς τὸ αἰσχρὸν ὅπου δὲ προδίδωσιν ἄκων τὸ καλὸν, ὡς τοῖς πραττομένοις ὑπ' αὐτοῦ οὐχ ἧττον δὲ τοῖς λεγομένοις ἔνεστι. ἡ διαφορὰ καταφανής. ἀκολάστου μὲν γὰρ αἱ δὲ φωναί, Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄνευ χρυσῆς ἀφροδίτης, τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλει. καὶ ἕτερος, Τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν, τὸ τῆς ἀφροδίτης τυγχάνειν, τὰ δ' ἄλλα προσθήκας ἅπαντ' ἐγὼ καλῶ φησιν. ὥσπερ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς συνεπινεύων ταῖς ἡδοναῖς καὶ ὑπερειπόμενος. οὐχ ἧττον δὲ τούτων ὁ εἰπών, Ἔα μ' ἀπολέσθαι, τοῦτο γάρ μοι συμφέρει τὴν κρίσιν ἔχει τῷ πάθει συννοσοῦσαν. αἱ δὲ τῆς ἀκρασίας ἕτεραι καὶ διαφέρουσαι, Γνώμην ἔχοντά μ' ἡ φύσις βιάζεται. καὶ, Αἰαῖ. τόδ' ἤδη θεῖον ἀνθρώποις κακὸν ὅταν τις εἰδῇ τἀγαθὸν, χρῆται δὲ μὴ. καὶ Ἕλκει μὲν γὰρ ἤδη θυμὸς, οὐδ' ἔτ' ἀντέχει. θινῶδες ὡς ἄγκιστρον ἀγκύρας σάλῳ. θινῶδες ἄγκιστρον οὐ φαύλως λέγων, τὸ μὴ κατοχὸν λογισμοῦ μηδὲ ἀραρὸς, ἀλλὰ μανότητι τῆς ψυχῆς καὶ μαλακίᾳ προϊέμενον τὴν κρίσιν. οὐ πόρρω δὲ τῆς εἰκόνος ταύτης κἀκεῖνα εἴρηται. Ναῦς ὥς τις ἐκ μὲν γῆς ἀνήρτηται βρόχοις, πνεῖ δ' οὖρος, ὑμῖν δ' εὐκρατεῖ τὰ πείσματα. πείσματα γὰρ λέγει τὰς ἀντεχούσας κρίσεις πρὸς τὸ αἰσχρόν. εἶτα ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος πολλοῦ ῥηγνυμένας τοῦ πάθους. τῷ γὰρ ὄντι πλησίστιος μὲν ἐπὶ τὰς ἡδονὰς ὁ ἀκόλαστος ὑπὸ τῶν ἐπιθυμιῶν φέρεται, καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν καὶ συγκατευθύνει. πλάγιος δὲ ὁ ἀκρατὴς, οἷον ἐξαναφέρειν γλιχόμενος καὶ διωθεῖσθαι τὸ πάθος, ὑποσύρει καὶ περιπίπτει περὶ τὸ αἰσχρόν. ὡς Ἀνάξαρχον ἐπίλαινε Τίμων, ἐν δὲ τὸ θαρσαλέον τε καὶ ἐμμενὲς ὅππῃ ὀροῦσαι φαίνετ' Ἀναξάρχου κυνέον μένος, ὅσα καὶ εἰδὼς ὡς φάσαν ἄθλιος ἔσκε, φύσις δέ μιν ἔμπαλιν ἦγεν ἡδονοπλὴξ. ἣν πλεῖστοι ὑποτρείουσι σοφιστῶν. οὔτε γὰρ ὁ σοφὸς ἀκρατὴς, ἀλλὰ σώφρων. οὔτε ὁ ἀμαθὴς ἀκρατὴς, ἀλλ' ἀκόλαστος. ὁ μὲν γὰρ ἥδεται τοῖς καλοῖς ὁ δὲ οὐκ ἄχθεται τοῖς αἰσχροῖς. σοφιστικῆς οὖν ψυχῆς ἡ ἀκρασία λόγον ἐχούσης οἷς ἔγνωκεν ὀρθῶς ἐμμένειν μὴ δυνάμενον. ἡ μὲν οὖν ἀκρασία ταύτας ἔχει διαφορὰς πρὸς τὴν ἀκολασίαν. ἡ δὲ ἐγκράτεια πρὸς τὴν σωφροσύνην εὐθὺς αὖ τὰς ἀντιστρόφους ἀναλόγως. τὸ γὰρ δάκνον καὶ τὸ λυποῦν καὶ ἀγανακτοῦν οὔπω τὴν ἐγκράτειαν ἀπολέλοιπε, τῆς δὲ σώφρονος ψυχῆς τὸ πανταχόθεν ὁμαλὲς καὶ ἄφυκτον καὶ ὑγιαῖνον ᾧ συνήρμοσται καὶ συγκέκραται τὸ ἄλογον πρὸς τὸν λογισμὸν εὐπειθείᾳ καὶ πραότητι θαυμαστῇ κεκοσμημένον, εἴποις ἂν ἐπιβλέψας. Δὴ τότ' ἔπειτ' ἄνεμος μὲν ἐπαύσατο, ἡ δὲ γαλήνη ἔπλετο νηνεμίη κοίμησε δὲ κύματα δαίμων. τὰ σφοδρὰ καὶ περιμανῆ καὶ οἰστρώδη κινήματα τῶν ἐπιθυμιῶν τοῦ λόγου κατασβέσαντος. ὧν δὲ ἡ φύσις ἀναγκαίως δεῖται ταῦτα ὁμοιοπαθῆ καὶ ὑπήκοα, καὶ φίλα καὶ συνεργὰ πεποιημένου ταῖς πρακτικαῖς προαιρέσεσιν, ὥστε μὴ προεκθεῖν τοῦ λογισμοῦ μηδὲ ὑπεκδιδόναι, μηδὲ ἀτακτεῖν μηδὲ ἀπειθεῖν, ἀλλὰ πᾶσαν ὁρμὴν εὐάγωγον οὖσαν, ἄθηλον ἵππῳ πῶλον ὡς ἅμα τρέχειν, ἐπιβεβαιοῦσαν τὸν Ξενοκράτους λόγον ὃν ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων, ὅτι μόνοι ποιοῦσιν ἑκουσίως, ἃ ποιοῦσιν ἄκοντες οἱ λοιποὶ διὰ τὸν νόμον ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς κύνες ἢ γαλαῖ ψόφου, τῶν ἡδονῶν ἀποτρεπόμενοι καὶ πρὸς τὸ δεινὸν ἀποβλέποντες. ὅτι μὲν οὖν γίνεταί τις ἐν τῇ ψυχῇ τοιαύτης ἑτερότητος αἴσθησις καὶ διαφορὰ περὶ τὰς ἐπιθυμίας, ὥς τινος μαχομένου καὶ τἀναντία λέγοντος αὐταῖς οὐκ ἄδηλόν ἐστι.

Κατὰ

Κατὰ τῶν λεγόντων οὐχ ἕτερον εἶναι τοῦ λόγου τὸ πάθος.

Ἔνιοι δέ φασιν οὐχ ἕτερον εἶναι τοῦ λόγου τὸ πάθος, οὐδὲ δυοῖν διαφορὰν καὶ στάσιν, ἀλλὰ ἑνὸς λόγου τροπὴν ἐπ' ἀμφότερα, λανθάνουσαν ἡμᾶς ὀξύτητι καὶ τάχει μεταβολῆς, οὐ συνορῶντας ὅτι ταὐτόν ἐστι τῆς ψυχῆς ᾧ πέφυκεν ἐπιθυμεῖν καὶ μετανοεῖν, ὀργίζεσθαι καὶ δεδιέναι, φέρεσθαι πρὸς τὸ αἰσχρὸν ὑφ' ἡδονῆς, καὶ φερομένης πάλιν αὐτῆς ἐπιλαμβάνεσθαι. καὶ γὰρ ἐπιθυμίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ φόβον, καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα δόξας εἶναι καὶ κρίσεις πονηρὰς, οὐ περὶ ἕν τι γινομένας τῆς ψυχῆς μέρος, ἀλλὰ ὅλου τοῦ ἡγεμονικοῦ ῥοπὰς καὶ εἴξεις καὶ συγκαταθέσεις καὶ ὁρμὰς, καὶ ὅλως ἐνεργείας τινὰς οὔσας ἐν ὀλίγῳ μεταπτωτὰς, ὥσπερ αἱ τῶν παίδων ἐπιδρομαὶ τὸ ῥαγδαῖον καὶ τὸ σφοδρὸν ἐπισφαλὲς ὑπὸ ἀσθενείας καὶ ἀβέβαιον ἔχουσι. ταῦτα δὲ πρῶτον μὲν παρὰ τὴν ἐνέργειαν ἐστὶ καὶ τὴν αἴσθησιν· οὐδεὶς γὰρ ἐν ἑαυτῷ τοῦ ἐπιθυμοῦντος αἰσθάνεται μεταβολὴν εἰς τὸ κρῖνον, οὐδὲ τοῦ κρίνοντος αὖ πάλιν, εἰς τὸ ἐπιθυμοῦν. οὐδὲ ἐπαύεται μὲν ἐρῶν ὁπότε λογίζεται καθεκτέον εἶναι τὸν ἔρωτα καὶ διαμαχετέον πρὸς αὐτόν. ἐξίσταται δὲ πάλιν τοῦ λογίζεσθαι καὶ κρίνειν ὅταν ἐνδιδῷ μαλασσόμενος ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας. ἀλλὰ καὶ τῷ λόγῳ πρὸς τὸ πάθος ἀντιβαίνων, ἐν τῷ πάθει ἐστὶν ἔτι. καὶ πάλιν κρατούμενος ὑπὸ τοῦ πάθους, διορᾷ τῷ λογισμῷ τὸ ἁμαρτανόμενον, καὶ ὅτι τὸ πάθος τὸν λόγον ἀνῄρηκεν, οὔτε τῷ λογίζεται τοῦ πάθους ἀπήλλακται. φερόμενος δὲ ἑκατέρωσε μέσος ἀμφοῖν καὶ κοινός ἐστιν, οἱ δὲ νῦν μὲν ἐπιθυμίαν γίνεσθαι τὸ ἡγεμονικὸν, νῦν δὲ τὸν ἀντιτατόμενον τῇ ἐπιθυμίᾳ λογισμὸν ὑπολαμβάνοντες. οὐδὲ ἀπέχουσι τῶν μὴ δύο τὸν κυνηγὸν εἶναι καὶ τὸ θηρίον ὑπολαμβανόντων, ἀλλὰ ταὐτὸ σῶμα χρώμενον μεταβολῇ, νῦν μὲν εἶναι θηρίον, νῦν δὲ γίνεσθαι κυνηγόν. ἐκεῖνοί τε γὰρ ἐμφανὲς τι παρορῶσιν, οὗτοί τε πρὸς τὴν αἴσθησιν ἀντιμαρτυροῦσιν, οὐχ ἑνός τινος μεταβολῆς ἀλλὰ δυοῖν ἅμα, μάχης καὶ διαφορᾶς ἐν αὐτοῖς αἰσθανόμενοι. τί οὖν φασιν; οὐχὶ τὸ βουλευόμενον τοῦ ἀνθρώπου πολλάκις διχοφορεῖ, καὶ πρὸς ἐναντίας ἀνθέλκεται δόξας περὶ τοῦ συμφέροντος, ἀλλ' ἕν ἐστι; πάνυ μὲν οὖν φήσομεν. ἀλλὰ τὸ συμβαῖνον οὐχ ὅμοιον, οὐ γὰρ μάχεται πρὸς ἑαυτὸ τῆς ψυχῆς τὸ φρονοῦν, ἀλλὰ μιᾷ χρώμενον δυνάμει, διαφόρων ἐφάπτεται λογισμῶν. μᾶλλον δὲ εἷς λογισμός ἐστιν ἐν πράγμασι γινόμενος ἑτέροις, ὥσπερ ὕλαις διαφερούσαις, ὅθεν οὔτε λύπη τοῖς ἄνευ πάθους λογισμοῖς ἔνεστιν, οὔτε ὥσπερ ἐκβιαζόμενοι παρὰ γνώμην αἱροῦνται θάτερον, ἂν μή τι δία λανθάνῃ πάθος τι προσηρτημένον ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ. καὶ γὰρ τοῦτο συμβαίνει πολλάκις, οὐ λογισμοῦ τινος πρὸς λογισμὸν, ἀλλὰ φιλοτιμίας ἢ φιλονεικίας, ἢ χάριτος, ἢ ζηλοτυπίας, ἢ δέους ἀντιβαίνοντος. ἡγεῖσθαι διὰ λόγων εἶναι δυοῖν διαφορὰν, ὥσπερ ἐν τούτοις.

,, Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. καὶ τὸ μὲν σφαγῆναι δεινὸν, εὔκλειαν δ' ἔχει. τὸ μὴ

,, θανεῖν δὲ δειλὸν, ἡδονὴ δ' ἔνι.

καὶ περὶ τὰς κρίσεις δὲ τῶν συμβολαίων ὑποτρέχοντα τὰ πάθη, τὴν πλείστην ἐμποιεῖ διατριβὴν, καὶ περὶ τὰ συμβούλια τῶν βασιλέων οἱ πρὸς χάριν λέγοντές τινες οὐ δυοῖν κρίσεων τῇ ἑτέρᾳ συναγορεύουσιν, ἀλλὰ πάθει τινὶ προστίθενται παρὰ τὸν τοῦ συμφέροντος λογισμόν. διὸ τοὺς ῥήτορας ἐν ταῖς ἀριστοκρατείαις οἱ ἄρχοντες, οὐκ ἐῶσι, παθαίνεσθαι, ῥέπει γὰρ εὐθεῖαν ῥοπὴν ὁ ἀπαθὴς λογισμὸς ἐπὶ τὸ δίκαιον. ἂν δὲ πάθος ἐγγένηται μάχην ποιεῖ καὶ διαφορὰν τὸ ἡδόμενον, καὶ τὸ ἀλγοῦν πρὸς τὸ κρῖνον καὶ τὸ βουλευόμενον. ἐπεὶ διὰ τί τοῖς ἐν φιλοσοφίᾳ σκέμμασιν οὐ προσέστι τὸ μετὰ λύπης ὑπὸ τῶν ἑτέρων ἄγεσθαι καὶ μετατίθεσθαι πολλάκις, ἀλλ' αὐτός τε Ἀριστοτέλης Δημόκριτός τε καὶ Χρύσιππος ἔνια τῶν πρόσθεν αὐτοῖς ἀρεσκόντων,

τον ἀθορύβως καὶ ἀδήκτως καὶ μεθ' ἡδονῆς ἀφεῖσαι, ὅτι τῷ θεωρητικῷ καὶ μαθηματικῷ τῆς ψυχῆς, πάθος οὐδὲν ἀνθέστηκεν, ἀλλ' ἀτρεμεῖ καὶ οὐ πολυπραγμονεῖ τὸ ἄλογον ἐν τούτοις. διὸ πρὸς τὸ ἀληθὲς ὅταν φανῇ προϊέμενος τὸ ψεῦδος ἀσμένως ἀπέκλινεν. ἐν αὐτῷ γάρ ἐστιν, οὐκ ἐν ἑτέρῳ τὸ πειθόμενον καὶ μεταπειθόμενον, αἱ δὲ πράγμασι καὶ βουλαὶ καὶ κρίσεις, καὶ δίαιται τῶν πολλῶν ἐμπαθεῖς οὖσαι, δυσοδίαν τῷ λόγῳ παρέχουσι καὶ δυσκολίαν, ἐνισχομένῳ καὶ ταραττομένῳ περὶ τὸ ἄλογον, ἀντιτεῖνον αὐτῷ μεθ' ἡδονῆς τινος, ἢ δέους, ἢ λύπης, ἢ ἐπιθυμίας, καὶ τούτου κριτήριον ἡ αἴσθησίς ἐστιν ἀμφοτέρων ἐφαπτομένη, καὶ γὰρ ἂν περιγένηται θάτερον, οὐκ ἀνήρηκε θάτερον, ἀλλ' ἐφέλκεται καταβιαζόμενον καὶ ἀντιτεῖνον, ὁ γὰρ νουθετῶν αὐτὸν ἐρῶντα, χρῆται τῷ λογισμῷ πρὸς τὸ πάθος, ὡς ἀμφοτέρων ἐνόντων ἅμα τῇ ψυχῇ, καθάπερ χειρὶ φλεγμαῖνον ἕτερον μέρος πιέζων, καὶ δυοῖν ὄντων καὶ διαφερόντων ἐπαισθανόμενος. ἐν μέντοι ταῖς ἀπαθέσι βουλαῖς καὶ σκέψεσιν, οἵας ἔχει μάλιστα τὸ θεωρητικὸν, ἂν μὲν ἴσαι μένωσι, οὐ γέγονε κρίσις, ἀλλ' ἀπορία στάσις οὖσα καὶ μονὴ διανοίας ὑπὸ ἐναντίων παθῶν. ἂν δ' ἐροπὴ γένηται πρὸς θάτερον, ἡ κρατήσασα τὴν ἑτέραν λέλυκεν, ὥστε μὴ λυπεῖν μηδ' ἐναντιοῦσθαι πρὸς τὴν δόξαν. ὅλως δὲ λογισμοῦ μὲν ἀντικεῖσθαι λογισμῷ δοκοῦντος, οὐ γίνεται δυοῖν καὶ ἑτέρων αἴσθησις, ἀλλ' ἑνός τινος ἐν διαφόροις γινομένου φαντασίαις, ὅταν δὲ τὸ ἄλογον μάχηται τῷ λογισμῷ μήτε κρατεῖν ἀλύπως μήτε κρατεῖσθαι πεφυκὸς, εὐθὺς εἰς δύο διίστησι τῇ μάχῃ τὴν ψυχὴν καὶ ποιεῖ τὴν διαφορὰν πρόδηλον.

Διισχυρίζεται τὰ εἰρημένα, λέγει δὲ μὴν, οὐ μόνον ἀπὸ τῆς μάχης, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας κατίδοι τις ἂν τὴν διαφοράν.

ΟΥ μόνον τοίνυν ἀπὸ τῆς μάχης, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ἀπὸ τῆς ἀκολουθίας κατίδοι τις ἂν τὴν παθητικὴν ἀρχὴν τῆς λογικῆς οὖσαν ἑτέραν. ἐπεὶ γάρ ἐστι μὲν ἐρᾶν εὐφυοῦς πρὸς ἀρετὴν καὶ γενναίου παιδὸς. ἔστι δὲ φαύλου καὶ ἀκολάστου, συμβαίνει δὲ θυμῷ χρῆσθαι μὲν ἀλόγως πρὸς παῖδας αὐτοῦ καὶ γονεῖς. χρῆσθαι δὲ ὑπὲρ γονέων καὶ παίδων δικαίως πρὸς πολεμίους καὶ τυράννους, ὥσπερ ἐκεῖ μάχης καὶ διαφορᾶς οὔσης πάθους, πρὸς τὸν λογισμὸν αἴσθησίς ἐστιν, οὕτως ἐνταῦθα πειθοῦς καὶ ἀκολουθίας οἷον ἐπιρρέοντος καὶ συνεπιδιδόντος. ἐπεὶ τοίνυν καὶ γυναῖκα γήμας κατὰ νόμους ἀνὴρ ἐπιεικὴς διανοεῖται περιέπειν καὶ συνεῖναι δικαίως καὶ σωφρόνως. χρόνῳ δὲ τῆς συνηθείας ἐντεκούσης πάθος αἰσθάνεται τῷ λογισμῷ τὸ φιλεῖν καὶ τὸ ἀγαπᾶν ἐπιτεινόμενον, ὥσπερ αὖ καὶ νέοι διδασκάλοις ἐντυχόντες ἀστείοις, ὑπὸ χρείας τὸ πρῶτον ἕπονται καὶ ζηλοῦσι, ὕστερον δὲ καὶ φιλοῦσι, ἀντὶ γνωρίμων καὶ μαθητῶν ἐρασταὶ καλούμενοι καὶ ὄντες. τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ πρὸς ἄρχοντας ἐν πόλεσι χρηστοὺς καὶ γείτονας καὶ κηδεστάς. ἀρξάμενοι γὰρ ὑπὸ χρείας τινὸς καθηκόντως ἀλλήλοις ὁμιλεῖν, ἔπειτα λανθάνουσιν εἰς τὸ φιλεῖν ὑποφερόμενοι, συνεπισπασαμένου τοῦ λογισμοῦ καὶ συναναπείσαντος τὸ παθητικόν. ὁ δὲ εἰπὼν, Αἰδώς τε, δισσαὶ «
δέ εἰσιν, ἡ μὲν οὐ κακὴ ἡ δ' ἄχθος οἴκων, ἆρ' οὐ δῆλός ἐστι συνῃσθημένος ἐν ἑαυτῷ τοῦ- «
το τὸ πάθος πολλάκις μὲν ἀκολουθοῦν τῷ λόγῳ καὶ συγκατακοσμούμενον, πολλάκις δὲ παρὰ τὸν λόγον ὄκνοις καὶ μελλήσεσι καιροὺς καὶ πράγματα λυμαινόμενον; οἳ καὶ αὐτοῖς τρόπον τινὰ διὰ τὴν ἐνέργειαν ὑπείκοντες, αἰδεῖσθαι τὸ αἰσχύνεσθαι καλοῦσι, καὶ τὸ ἥδεσθαι, χαίρειν, καὶ τοὺς φόβους εὐλαβείας, ταύτην μὲν οὐδενὸς αἰτιασάμενοι τὴν εὐφημίαν, ἂν ταὐτὰ πάθη προστιθέμενα μὲν τῷ λογισμῷ τούτοις καλοῦσι τοῖς ὀνόμασι. μαχό-

μενα δὲ καὶ βιαζόμενα τὸν λογισμὸν ἐκείνοις. ὅταν δὲ δακρύοις ἐλεγχόμενοι καὶ τρόμοις καὶ χρόας μεταβολαῖς, ἀντὶ λύπης καὶ φόβου δηγμούς τινας καὶ συνεόρσεις λέγουσι καὶ προθυμίας τὰς ἐπιθυμίας ὑποκορίζονται, σοφιστικὰς δοκοῦσιν οὐ φιλοσόφους διακαύσεις καὶ ἀποδράσεις ἐκ τῶν πραγμάτων μηχανᾶσθαι διὰ τῶν ὀνομάτων. καί τοι πάλιν αὐτοὶ τὰς τε χαρὰς ἐκείνας καὶ τὰς βουλήσεις καὶ τὰς εὐλαβείας, εὐπαθείας καλοῦσιν οὐκ ἀπαθείας. ὀρθῶς ἐνταῦθα χρώμενοι τοῖς ὀνόμασι. γίνεται γὰρ εὐπάθεια τοῦ λογισμοῦ τὸ πάθος οὐκ ἀναιροῦντος ἀλλὰ κοσμοῦντος καὶ τάττοντος ἐν τοῖς φρονοῦσιν. οἱ δὲ φαῦλοι καὶ ἀκρατεῖς τί πάσχουσιν, ὅταν τὸν πατέρα καὶ τὴν μητέρα κρίναντες φιλεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐρωμένου καὶ τῆς ἐρωμένης μὴ δύνωνται· τὴν δὲ ἑταίραν καὶ τὸν κόλακα κρίναντες, εὐθὺς καὶ φιλοῦσιν. εἰ γὰρ τὸ πάθος ἦν κρίσις, ἔδει τῇ τοῦ φιλεῖν χρῆναι καὶ μισεῖν κρίσει, τὸ φιλεῖν ἕπεσθαι καὶ τὸ μισεῖν. νυνὶ δὲ συμβαίνει τἀναντία, ταῖς μὲν προστιθεμένου τοῦ πάθους κρίσεσι, ταῖς δὲ ἀπειθοῦντος. ἢ καί φασιν αὐτοὶ τῶν πραγμάτων ἐκβιαζομένων, οὐ πᾶσαν εἶναι κρίσιν πάθος, ἀλλὰ τὴν κινητικὴν ὁρμῆς βιαίου καὶ πλεοναζούσης ὁμολογοῦντες ἕτερον εἶναι τὸ κρῖνον καὶ τὸ πάσχον ἐν ἡμῖν, ὥσπερ τὸ κινοῦν καὶ τὸ κινούμενον. αὐτός τε Χρύσιππος ἐν πολλοῖς ὁριζόμενος τὴν καρτερίαν καὶ τὴν ἐγκράτειαν ἕξεις ἀκολουθητικὰς τῷ αἱροῦντι λόγῳ, δῆλός ἐστιν ὑπὸ τῶν πραγμάτων ὁμολογεῖν ἀναγκαζόμενος, ὡς ἕτερόν ἐστι τὸ ἀκολουθοῦν ἐν ἡμῖν οὗ ἀκολουθεῖ πειθόμενον, ἢ πάλιν μάχεται μὴ πειθόμενον.

Κατὰ τῶν λεγόντων ἴσα εἶναι τὰ ἁμαρτήματα.

Ἴσα τοίνυν τὰ ἁμαρτήματα πάντα καὶ πάσας τιθέμενοι τὰς ἁμαρτίας, εἰ μὲν ἄλλῃ πῃ παρορῶσι τὸ ἀληθές, οὐκ ἔστι καιρὸς ἐν τῷ παρόντι διελέγχειν. ἐν δὲ τοῖς πλείοσι φαίνονται κομιδῇ παρὰ τὴν ἐνέργειαν ἐνιστάμενοι τῷ λόγῳ. πᾶν μὲν γὰρ πάθος ἁμαρτία κατ' αὐτούς ἐστι, καὶ πᾶς ὁ λυπούμενος ἢ φοβούμενος ἢ ἐπιθυμῶν, ἁμαρτάνει. μεγάλαι δὲ τῶν παθῶν διαφοραὶ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον ὁρῶνται. τίς γὰρ ἂν φαίη τὸν Δόλωνος φόβον ἴσον εἶναι τῷ Αἴαντος ἐντροπαλιζομένου καὶ βάδην ἀπιόντος ἐκ τῶν πολεμίων ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβοντος· ἢ τῇ Πλάτωνος ἐπὶ Σωκράτει τελευτήσαντι λύπῃ, τὴν Ἀλεξάνδρου διὰ Κλεῖτον ἀνελεῖν ὁρμήσαντος ἑαυτόν. ἐπιτείνονται γὰρ οὐ μετρίως καὶ τὸ παρὰ λόγον αἱ λῦπαι καὶ τὸ παρ' ἐλπίδα σύμπτωμα, τοῦ κατὰ λόγον ὀδυνηρότερον, εἰ προσδοκῶν εὐημεροῦντα καὶ θαυμαζόμενον ὄψεσθαι, πύθοιτο κατεστρεβλωμένον, ὡς Φιλώτας Παρμενίων. θυμῷ δὲ τίς ἂν εἴποι πρὸς Ἀνάξαρχον ἴσως κεχρῆσθαι Νικοκρέοντα, καὶ πρὸς Φιλήμονα Μάγαν ἀμφοτέρων λοιδορηθέντας ὑπ' αὐτῶν; ὁ μὲν γὰρ ὑπέροις σιδηροῖς κατέπτισε καὶ κατέκοπτεν ἐκεῖνον. ὁ δὲ τῷ Φιλήμονι τὸν δήμιον ἐκέλευσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον ἐπιθεῖναι γυμνὴν τὴν μάχαιραν, εἶτα ἀφεῖναι. διὸ καὶ νεῦρα τῆς ψυχῆς τὸν θυμὸν ὁ Πλάτων προσεῖπεν, ὡς ἐπιτεινόμενόν τε πικρίᾳ, καὶ πραότητι χαλώμενον. ταῦτα τοίνυν καὶ τὰ τοιαῦτα διακρουόμενοι, τὰς ἐπιτάσεις τῶν παθῶν καὶ σφοδρότητας οὔ φασι γίνεσθαι κατὰ τὴν κρίσιν, ἐν ᾗ τὸ ἁμαρτητικόν, ἀλλὰ τὰς λήξεις καὶ τὰς συστολὰς καὶ διαχύσεις εἶναι, τὰς τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον τῷ λόγῳ δεχομένας· καὶ περὶ τὰς κρίσεις φαίνονται γινόμεναι διαφοραί. τήν τε γὰρ πενίαν οἱ μὲν οὐ κακόν, οἱ δὲ μέγα κρίνουσι κακόν, οἱ δέ γε καὶ μέγιστον. ὥστε καὶ κατὰ τῶν πετρῶν καὶ κατὰ τῆς θαλάττης ὠθεῖν ἑαυτούς. τόν τε θάνατον, οἱ μὲν ἀγαθῶν στερήσει.

Digitized by Google

ῥησις μόνον. οἱ δὲ καὶ τιμωρίαις αἰωνίοις ὑπὸ γῆν καὶ κολασμοῖς φρικώδεσι, κακὸν εἶναι
νομίζουσιν. ἥ τε τοῦ σώματος ὑγεία τοῖς μὲν ὡς κατὰ φύσιν καὶ χρήσιμον ἀγαπᾶται. τοῖς δὲ
τῶν ὄντων δοκεῖ μέγιστον ἀγαθὸν εἶναι. οὔτε γὰρ πλούτου χάριν ἢ τεκέων. οὔτε τᾶς ἰσο-
δαίμονος ἀνθρώποις βασιληΐδος ἀρχᾶς, τελευτῶντες δὲ καὶ τὴν ἀρετὴν ἀνωφελῆ
καὶ ἀνόνητον ἡγοῦνται τοῦ ὑγιαίνειν μὴ παρόντος, ὥστε φαίνεσθαι καὶ περὶ τὰς κρίσεις αὐτὰς
τοὺς μὲν μᾶλλον, τοὺς δὲ ἧττον ἁμαρτάνοντας. ἀλλὰ οὐ τοῦτο νῦν διαλεκτέον, ἐκεῖνο δὲ ἐκ
τούτου ληπτέον ὅτι συγχωροῦσι καὶ αὐτοὶ τῆς κρίσεως ἕτερον εἶναι τὸ ἄλογον. καθ' ὅ φασι γίνε-
σθαι τὸ πάθος σφοδρότερον καὶ μεῖζον, ἐρίζοντες πρὸς τὸ ὄνομα καὶ τὸ ῥῆμα, τὰ δὲ πράγ-
ματα διδόντες τοῖς διαφέρειν τὸ παθητικὸν καὶ ἄλογον τοῦ λογιζομένου καὶ κρίνοντος ἀ-
ποφαινομένοις. ἐν δὲ τοῖς περὶ ἀνομολογίας, ὁ Χρύσιππος εἰπὼν, ὅτι τυφλόν ἐστιν ἡ
ὀργὴ, καὶ πολλάκις μὲν οὐκ ἐᾷ ὁρᾶν τὰ ἐκφανῆ, πολλάκις δὲ τοῖς καταλαμβανομένοις ἐ- "
πιπροσθεῖ, μικρὸν προελθὼν, τὰ γὰρ ἐπιγινόμενά φησι πάθη, ἐκκρούει τοὺς λογι- "
σμοὺς, καὶ τὰ ὡς ἑτέρως φαινόμενα βιαίως προωθοῦνται ἐπὶ τὰς ἐναντίας πράξεις, εἶτα
χρῆται μάρτυρι τῷ Μενάνδρῳ λέγοντι, Οἴμοι τάλας ἔγωγε, ποῦ ποθ' αἱ φρένες ἡμῶν ἐ- "
κεῖνον ἦσαν ἐν τῷ σώματι τὸν χρόνον; οὐ ταῦτ' ἀλλ' ἐκεῖν' ᾑρούμεθα, καὶ πάλιν ὁ Χρύσιπ- "
πος προελθὼν τοῦ λογικοῦ φησι ζώου φύσιν ἔχοντος προσχρῆσθαι εἰς ἕκαστα τῷ λό- "
γῳ καὶ ὑπὸ τούτου κυβερνᾶσθαι, πολλάκις ἀποστρέφεσθαι αὐτὸν ἡμᾶς ἄλλῃ βιαιοτέρᾳ "
φορᾷ χρωμένους, ὁμολογῶν τὸ συμβαῖνον ἐκ τῆς πρὸς τὸν λόγον τοῦ πάθους διαφορᾶς.
φορεαῖς καὶ γὰρ ἕξει συνέχεται, καὶ φύσει τρέφεται, καὶ λόγῳ χρῆται καὶ διανοίᾳ.
μέτεστιν οὖν αὐτῷ καὶ τοῦ ἀλόγου, καὶ σύμφυτον ἔχει τὴν τοῦ πάθους ἀρχὴν οὐκ ἐπει-
σόδιον ἀλλὰ ἀναγκαίαν, οὐδὲ ἀναιρετέαν παντάπασιν ἀλλὰ θεραπείας καὶ παιδαγω-
γίας δεομένην. ὅθεν οὐ θρᾳκικὸν οὐδὲ λυκούργειον τοῦ λόγου τὸ ἔργον ἐστὶ, συνεκκόπτειν καὶ
συνδιαφθείρειν τὰ ὠφέλιμα τοῖς βλαβεροῖς τοῦ πάθους, ἀλλὰ ἥπερ ὁ φυτάλμιος θεὸς
καὶ ἡμερίδης τὸ ἄγριον κολοῦσαι καὶ ἀφελεῖν τὴν ἀμετρίαν, εἶτα τιθασσεύειν καὶ πε-
ριίστασθαι τὸ χρήσιμον. οὔτε γὰρ οἶνον οἱ φοβούμενοι τὸ μεθύειν ἐκχέουσιν, οὔτε πάθος οἱ
δεδιότες τὸ ταρακτικὸν ἀναιροῦσιν, ἀλλὰ κεραννύουσι. καὶ γὰρ καὶ βοῶν καὶ ἵππων τὰ
πηδήματα καὶ τοὺς ἀφηνιασμοὺς, οὐ τὰς κινήσεις οὐδὲ τὰς ἐνεργείας ἀφαιροῦσι, καὶ τοῖς
πάθεσι δεδαμασμένοις χρῆται καὶ χειροήθεσιν ὁ λογισμὸς, οὐκ ἐκνευρίσας οὐδὲ ἐκ-
τεμὼν παντάπασι τῆς ψυχῆς τὸ ὑπηρετικόν. ὑφ' ἅρμασι γὰρ (ὥς φησι Πίνδαρος) ἵπ- "
πος, ἐν δ' ἀρότρῳ βοῦς. κάπρῳ δὲ βουλεύοντι φόνον κύνα χρὴ τλάθυμον ἐξευρεῖν. "
ὧν πολὺ χρησιμώτερα τὰ τῶν παθῶν θρέμματα τῷ λογισμῷ συμπαρόντα καὶ συνε-
πιτείνοντα ταῖς ἀρεταῖς. ὁ θυμὸς τῇ ἀνδρίᾳ μέτριος ὤν, ἡ μισοπονηρία τῇ δικαιοσύνῃ,
καὶ ἡ νέμεσις ἐπὶ τοὺς παρ' ἀξίαν εὐτυχοῦντας ὅταν ἅμα ἀνοίᾳ καὶ ὕβρει φλεγόμενοι
τὴν ψυχὴν ἐπισχέσεως δέονται. φιλίας δὲ φιλοστοργίαν, ἢ φιλανθρωπίας ἔλεον, ἢ
τὸ συγχαίρειν καὶ συναλγεῖν εὐνοίας ἀληθινῆς, οὐδὲ βουλόμενος ἄν τις ἀποσπάσειεν
οὐδὲ ἀποτήξειεν. εἰ δὲ οἱ τὸν ἔρωτα τῇ ἐρωτομανίᾳ συνεκβάλλοντες ἁμαρτάνουσι, οὐ-
δὲ οἱ τὴν ἐπιθυμίαν διὰ τὴν φιλαργυρίαν ψέγοντες κατορθοῦσιν. ἀλλ' ὅμοιόν τι
πράττουσι, τοῖς τὸ τρέχειν διὰ τὸ προσπταίειν, καὶ τὸ βάλλειν διὰ τὸ ὑπερβάλ-
λειν ἀναιροῦσι, καὶ πρὸς τὸ ᾄδειν τὸ παράπαν διὰ τὸ ἀπᾴδειν ἀπεχθῶς ἔχουσιν.
οἷον γὰρ ἐν φθόγγοις μουσικὴ τὸ ἐμμελὲς οὐκ ἀναιρέσει βαρύτητος καὶ ὀξύτητος, ἐν
δὲ σώμασιν, ἰατρικὴ τὸ ὑγιεινὸν, οὐ φθορᾷ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ἀλλὰ συμμε-

τρίαις καὶ ποσότησι κρατειστὸν ἀπεργάζεται, τοιοῦτον ἐν ψυχῇ τὸ νικῶν, ἐγγενομένης
ὑπὸ λόγου ταῖς παθητικαῖς δυνάμεσι καὶ κινήσεσιν, ἐπιεικείας καὶ μετριότητος. οἰ-
δοῦντι γὰρ ἔοικε καὶ φλεγμαίνοντι σώματι τὸ περιαλγοῦν καὶ περιχαρὲς καὶ περίλυπον
τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ χαῖρον οὐδὲ τὸ λυπούμενον οὐδὲ τὸ φοβούμενον. καὶ καλῶς Ὅμηρος
» εἰπὼν, Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς, οὔτε τι λίην ταρβεῖ, τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν,
» ἀλλὰ τὸν ἄγαν φόβον, ὅπως ἀνδρεία μὴ ἀπόνοια, καὶ θαρραλεότης, μὴ θρασύτης γένη-
ται. διὸ καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς, τὴν ἄγαν ἀφαιρετέον ἐπιθυμίαν καὶ περὶ τὰς ἀμύνας,
τὴν ἄγαν μισοπονηρίαν. οὕτω γὰρ ὁ μὲν, οὐκ ἀνάλγητος, ἀλλὰ σώφρων, ὁ δὲ δίκαιος
οὐκ ὠμὸς οὐδὲ πικρὸς ἔσται. τῶν δὲ παθῶν παντάπασιν ἀναιρεθέντων, εἰ καὶ δυνατὸν,
ἐστὶν ἐν πολλοῖς ἀργότερος ὁ λόγος καὶ ἀμβλύτερος, ὥσπερ κυβερνήτης πνεύματος
ἐπιλιπόντος. ταῦτα δὲ ἀμέλει καὶ οἱ νομοθέται συνιδόντες ἐμβάλλουσιν ἐς τὰς πολι-
τείας καὶ φιλοτιμίαν καὶ ζῆλον πρὸς ἀλλήλους. πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους καὶ σάλπιγξι
καὶ αὐλοῖς ἐπεγείρουσι καὶ αὔξουσι τὸ θυμοειδὲς καὶ μάχιμον, οὐ γὰρ μόνον ἐν ποιήμα-
σιν (ᾗ φησιν ὁ Πλάτων) τὸν τεχνίτην καὶ διηκριβωμένον ὁ μουσόληπτος καὶ κάτοχε-
τος ἀποδείκνυσι γελοῖον, ἀλλὰ περὶ τὰς μάχας τὸ παθητικὸν καὶ ἐνθουσιῶδες, ἀνυ-
» πόστατόν ἐστι καὶ ἀήττητον, ὃ καὶ τοὺς θεοὺς Ὅμηρος ἐμποιεῖν φησι τοῖς ἀνθρώποις, ὡς
» εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. καὶ Οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται. κα-
θάπερ ὅρμημα τῷ λογισμῷ καὶ ὄχημα τὸ πάθος προστιθέντας. αὐτούς γε μὴν τούτους
ὁρᾶν ἐστι, πολλάκις μὲν ἐπαίνοις τοὺς νέους παρορμῶντας, πολλάκις δὲ νουθεσίαις κολά-
ζοντας, ὧν τῷ μὲν, ἕπεται τὸ ἥδεσθαι, τῷ δὲ τὸ λυπεῖσθαι. καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ ὁ
ψόγος ἐμποιεῖ μετάνοιαν καὶ αἰσχύνην. ὧν τὸ μὲν λύπη τῷ γένει. τὸ δὲ φόβος ἐστί.
καὶ τούτοις μάλιστα χρῶνται πρὸς τὰς ἐπανορθώσεις, ᾗ καὶ Διογένης ἐπαινουμένου
Πλάτωνος, τί δὲ ἐκεῖνος εἶπεν ἔχει σεμνὸν, ὃς τοσοῦτον χρόνον φιλοσοφῶν, οὐδένα λε-
λύπηκεν. οὐ γὰρ οὕτω τὰ μαθήματα φαίη τις ἂν ὡς ἔλεγε Ξενοκράτης λαβὰς εἶναι
φιλοσοφίας, ὡς τὰ πάθη τῶν νέων. αἰσχύνην, ἐπιθυμίαν, μετάνοιαν, ἡδονὴν, λύ-
πην, φιλοτιμίαν, ὧν ἐμμελῆ καὶ σωτήριον ἁφὴν ἁπτόμενος ὁ λόγος καὶ ὁ νόμος, εἰς
τὴν προσήκουσαν ὁδὸν ἀνυσίμως καθίστησι τὸν νέον, ὥστε μὴ κακῶς εἰπεῖν τὸν λάκωνα
παιδαγωγὸν, ὅτι ποιήσει τὸν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς,
οὗ μεῖζον οὐδὲν ἐστὶν οὐδὲ κάλλιον ἀποφῆναι τέλος ἐλευθέρῳ προσηκούσης παιδείας.

τέλος.

PLVTARCHI CHÆRONEI LIBELLVS DE VIRTVTE MORALI,

INTERPRETE

ANDREA MATTHÆO AQVIVIVO, Hadrianorum Interamnatumque Duce,

AD

ILLVSTRISS. TRAIANVM CARACIOLVM Melfienſium Principem.

CVm mihi ſit de morali virtute diſſerendum, quæ clariſſimo diſcrimine ab ea, quæ in rerum contemplatione conſiſtit, diſtare exiſtimatur: eo quod affectionem pro materia habeat, rationem pro forma; dicere quidem propoſuimus, quam ſubſtantiam habeat, quonam pacto ſubſiſtat, & vtrum ea pars animæ, quæ virtutem admittit, ſua propria ratione regatur, an alienæ rationis ſit particeps? &, ſi eſt particeps, vtrum velut ea, quæ cum aliqua re meliore miſceantur? an velut is, qui præfecturam, aut magiſtratum aliquem gerit, particeps eſſe videtur poteſtatis, quam habet is, à quo præfecturam, ſeu magiſtratum acceperit? Nam illud non reor ambiguum, virtutem eſſe poſſe, quæ permaneat ab omni materia, ac mixtione ſeiuncta. Præſtat tamen, vt prius nonnullorum ſententias diſquiramus, & hoc non ſtudio ſcribendi hiſtoriam, ſed potius vt noſtra clariora fiant & firmiora.

Digitized by Google

τρίαις καὶ ποσότησι κρατεῖσθαι ἀπεργάζεται, τοιοῦτον ἐν ψυχῇ τὸ νικῶν, ἐγγενόμενον
ὑπὸ λόγου ταῖς παθητικαῖς δυνάμεσι καὶ κινήσεσιν, ἐπιείκειαν καὶ μετριότητα. οἰ-
δοῦντι γὰρ ἔοικε καὶ φλεγμαίνοντι σώματι τὸ περιαλγοῦν καὶ περιχαρὲς καὶ περίλυπον
τῆς ψυχῆς, οὐ τὸ χαῖρον οὐδὲ τὸ λυπούμενον οὐδὲ τὸ φοβούμενον. καὶ καλῶς Ὅμηρος
» εἰπών, Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρώς, οὔτε τι λίην ταρβεῖ, τὸν φόβον οὐκ ἀφεῖλεν,
» ἀλλὰ τὸ ἄγαν φοβεῖσθαι, ὅπως ἀνδρεία μὴ ἀπόνοια, καὶ θαρραλεότης, μὴ θρασύτης γένη-
ται. διὸ καὶ περὶ τὰς ἡδονὰς, τὴν ἄγαν ἀφαιρετέον ἐπιθυμίαν καὶ περὶ τὰς ἀμύνας,
τὴν ἄγαν μισοπονηρίαν. οὕτω γὰρ ὁ μὲν, οὐκ ἀνάλγητος, ἀλλὰ σώφρων, ὁ δὲ δίκαιος
οὐκ ὠμὸς οὐδὲ πικρὸς ἔσται. τῶν δὲ παθῶν παντάπασιν ἀναιρεθέντων, εἰ καὶ δυνατόν,
ἔστιν ἐν πολλοῖς ἀργότερος ὁ λόγος καὶ ἀμβλύτερος, ὥσπερ κυβερνήτης πνεύματος
ἐπιλιπόντος. ταῦτα δὲ ἀμέλει καὶ οἱ νομοθέται συνιδόντες ἐμβάλλουσιν εἰς τὰς πολι-
τείας καὶ φιλοτιμίαν καὶ ζῆλον πρὸς ἀλλήλους. πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους καὶ σάλπιγξι
καὶ αὐλοῖς ἐπεγείρουσι καὶ αὔξουσι τὸ θυμοειδὲς καὶ μάχιμον, οὐ γὰρ μόνον ἐν ποιήμα-
σιν (ἥ φησιν ὁ Πλάτων) τὸν τεχνίτην καὶ ἀκριβωμένον ὁ μουσόληπτος καὶ κάτοχος
ἀποδείκνυσι γελοῖον, ἀλλὰ περὶ τὰς μάχας τὸ παθητικὸν καὶ ἐνθουσιῶδες, ἀνυ-
» πόστατόν ἐστι καὶ ἀήττητον, ὃ καὶ τοὺς θεοὺς Ὅμηρος ἐμποιεῖν φησὶ τοῖς ἀνθρώποις, Ὡς
» εἰπὼν, ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν. καὶ Οὐχ ὅ γ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται. κα-
θάπερ ὅρμημα τῷ λογισμῷ καὶ ὄχημα τὸ πάθος προστιθέντας. αὐτούς γε μὴν τούτους
ὁρᾶν ἐστι, πολλάκις μὲν ἐπαίνοις τοὺς νέους παρορμῶντας, πολλάκις δὲ νουθεσίαις κολά-
ζοντας. ὧν τῷ μὲν, ἕπεται τὸ ἥδεσθαι, τῷ δὲ τὸ λυπεῖσθαι. καὶ γὰρ ἡ νουθεσία καὶ ὁ
ψόγος ἐμποιεῖ μετάνοιαν καὶ αἰσχύνην. ὧν τὸ μὲν λύπη τῷ γένει. τὸ δὲ φόβος ἐστί.
καὶ τούτοις μάλιστα χρῶνται πρὸς τὰς ἐπανορθώσεις, ἣ καὶ Διογένης ἐπαινουμένου
Πλάτωνος, τί δὲ ἐκεῖνος εἶπεν ἔχει σεμνὸν, ὃς τοσοῦτον χρόνον φιλοσοφῶν, οὐδένα λε-
λύπηκεν. οὐ γὰρ οὕτω τὰ μαθήματα φαίη τις ἂν ὡς ἔλεγε Ξενοκράτης λαβὰς εἶναι
φιλοσοφίας, ὡς τὰ πάθη τῶν νέων. αἰσχύνην, ἐπιθυμίαν, μετάνοιαν, ἡδονὴν, λύ-
πην, φιλοτιμίαν, ὧν ἐμμελῆ καὶ σωτήριον ἁφὴν ἁπτόμενος ὁ λόγος καὶ ὁ νόμος, εἰς
τὴν προσήκουσαν ὁδὸν ἀνυσίμως καθίστησι τὸν νέον, ὥστε μὴ κακῶς εἰπεῖν τὸν λάκωνα
παιδαγωγὸν, ὅτι ποιήσοι τὸν παῖδα τοῖς καλοῖς ἥδεσθαι, καὶ ἄχθεσθαι τοῖς αἰσχροῖς,
οὗ μεῖζον οὐδέν ἐστιν οὐδὲ κάλλιον ἀποφῆναι τέλος ἐλευθέρῳ προσηκούσης παιδείας.

τέλος.

PLVTAR.

PLVTARCHI CHÆRONEI

LIBELLVS DE VIRTVTE MORALI,

INTERPRETE

ANDREA MATTHÆO AQVIVIVO, HAdrianorum Interamnatumque Duce,

AD

ILLVSTRISS. TRAIANVM CARACIOLVM Melfienſium Principem.

CVm mihi ſit de morali virtute diſſerendum, quæ clariſſimo diſcrimine ab ea, quæ in rerum contemplatione conſiſtit, diſtare exiſtimatur: eo quod affectionem pro materia habeat, rationem pro forma; dicere quidem propoſuimus, quam ſubſtantiam habeat, quonam pacto ſubſiſtat, & vtrum ea pars animæ, quæ virtutem admittit, ſua propria ratione regatur, an alienæ rationis ſit particeps? & , ſi eſt particeps, vtrum velut ea, quæ cum aliqua re meliore miſceantur? an velut is, qui præfecturam, aut magiſtratum aliquem gerit, particeps eſſe videtur poteſtatis, quam habet is, à quo præfecturam, ſeu magiſtratum acceperit? Nam illud non reor ambiguum, virtutem eſſe poſſe, quæ permaneat ab omni materia, ac mixtione ſeiuncta. Præſtat tamen, vt prius nonnullorum ſententias diſquiramus, & hoc non ſtudio ſcribendi hiſtoriam, ſed potius vt noſtra clariora fiant & firmiora.

habeat aliquid quod rationis ſit expers; tamen dici ſine ratione tunc, cum ab aliquo appetitu vehementi ſuperatur, & in aliquod abſurdum fertur præter electionem rationis. Quare affectionem definierunt rationem eſſe prauam, intemperatamque, à prauo, & obliquo iudicio vires, & impetum aſſumentem.

Antiquos ignorauiſſe, animam ex duabus diſsimilibus naturis conſtare.

VIdentur autem omnes hi veram vniuſcuiuſque noſtrum compoſitionem ignoraſſe, eam vero ſolam, quæ in promptu, & ſubiecta oculis ſit, animi ſcilicet, & corporis, intellexiſſe. Nam & ipſum animum compoſitum eſſe conſtat ex duabus diuerſis, diſſimilibusque naturis; altera ſcilicet ratione, altera, quæ, tanquam alterum quoddam corpus cum ipſa ratione, tum neceſſitate & natura, tum harmonica quadam proportione copulata eſt. Quod idem ſenſiſſe Pythagoram, cenſeo ex eo ſtudio, quod in Muſica ponendum duxit, quam ſedandis permulcendisque animis neceſſario putauit eſſe adhibendam, cum plane perſpiceret, non omnem animi partem eſſe idoneam, cui rationis præceptis perſuaderetur, & quæ ea audita ſtatim reiecta prauitate rectum ſequeretur, ſed etiam eſſe partem quandam, quæ vſu, & manſuefactione, quaſi perſuaſione quadam, ſenſim adduceretur, vt facilem ſe ad tractandam Philoſophiæ præberet, & eam poſſet, quocunque duceret, ſequi, cum non eſſet ſua ſponte mutabilis à vitio in virtutem, ſed potius intractabilis, & indiga alterius cuiuſdam perſuaſionis & auxilii.

Platonem exiſtimaſſe, animam eſſe compoſitam ex duabus naturis.

NOn ambigue autem Plato exiſtimauit id, quod in mundo animarum eſt, non eſſe ſimplex, neque incompoſitum, neque vnius tantummodo ſpeciei, ſed ex eiuſdem, atq; alterius natura coniunctum. Quare partim ſemper circa eadem vno ordine, & ratione circumfertur, & regitur, partim in ſubcontrarios motus, & aberrantes circulos diuiſum, totius differentiæ, ac diſſimilitudinis origo, principium, & generatio eſt. Etenim anima hominis cum pars, aut ſectio animæ mundi ſit, & eius rationibus, ac numeris accommodata, non ſimplex, neq; incompoſita eſt, nec ſemper eodem modo affecta, ſed alteram partem habet, qua ſemper intelligit, ratiocinatur, & dominatur in homine ſuapte natura, alteram vero affectui ſubiectam, & ſine ratione, inordinatam, & ſuapte natura egenam, multiplicibusque erroribus ſemper obnoxiam.

Quæ rurſus bifariam diuiſa eſt; nam eius pars, quę ita nata eſt, vt ſemper optet cum corpore eſſe, eique inſeruire, appetendi vim quandam habet, quæ appetitiua à multis appellata eſt. Quæ vero modo huic obſequitur, modo rationi obtemperat, eique ad exequendum robur, & vim addit, excandeſcentia nuncupatur. Oſtendunt autem vel maxime differentiam hanc inter rationalem partem, & ratione carentem partes ipſæ rationis expertes, quæ reprimenti, & obuiam eunti rationali, & ſapienti parti, appetitui, & iracundiæ obtemperant, & tanquam omnino diuerſæ repugnant, atque aduerſus optimam partem bellum gerunt.

Inter partem ratione vtentem, & non vtentem, quæ ſit differentia ſecundum Ariſtotelem.

PORRO Ariſtoteles (vt ex iis, quæ ſcripſit, liquido patet) his rudimentis maiori ex parte vſus eſt. Quanquam poſtea illam animi affectionem, quam excandeſcentiam nuncupant, cupiditati coaptauit, vt diceret, iram eſſe cupiditatem quandam vlciſcendi. Verum ſemper in hoc perſtitit, vt ea pars animæ, quæ affectui addicta, & ſine ratione eſt, ab ea, quæ ratione vtitur, ſemper differret. Verumtamen cum dicit, ſine ratione, non eo tendit, vt prorſus rationis expers intelligatur, quemadmodum ea pars animæ, quæ ſentit, ac ſenſibilis dicitur, augetque, & alit: quippe cum ipſæ partes animæ ſurdæ ſint, & vſque adeo rationis expertes, vt ne veſtigium quidem rationis obtineant. Sunt enim addictæ, & immerſæ penitus corpori, quia à carne germen, & pullulum acceperunt, ſed illa pars animæ, quam affectui addictam diximus, & ſine ratione, quamuis aliquando ratione priuetur, tamen monitis ducitur, & obedire prudenti, ſubiicique rationanti apta eſt, niſi forte fuerit omnino à voluptate, & mala conſuetudine deprauata.

Contra eos qui dubitant, quo pacto pars irrationalis poſſit obtemperare rationi.

VErum ii, qui mirantur: quonam pacto pars illa, irrationalis cum ſit, obtemperet rationi, non videntur plane intellexiſſe, quanta ſit rationis vis, & quatenus progrediatur, modo imperando, modo ducendo, non quidem duro & aſpero ductu, ſed moderato, ac blando, vt qui habeat in ſe aliquid ad perſuadendum, ducendumque omni neceſſitate, & violentia efficacius. Vnde ſpiritus, nerui, oſſa, & reliquæ partes corporis, quanquam

ſunt

Digitized by Google

ſunt rationis expertes, & penitus vacuæ, tamen quando mouetur appetitus, præſidente, & tanquam habenas capeſſente ratione, omnia recte inſtruuntur, præſto ſunt, & conueniunt ad parendum. Nam ipſa ratione iubente, pedes contendunt currere, ipſaque apperente, manus ferire, aut capere geſtiunt. Vnde eleganter Homerus ante oculos nobis propoſuit affectionem partis ratione carentis, videlicet quemadmodum illa cum altera, quæ ratione vtitur, conformetur, & congruat: ſic, *illa* (inquit) *virum qui aſſidebat luget ſuum, genasque pulchras liquat. At vir animo tantum gemens vxoris miſertus eſt: verum oculi, quaſi ferrum, aut cornua, fixi ſteterunt. Aſtu profecto lachrymas abdidit, vſque adeo ſpiritus ſanguis, & lachrymæ eius iudicio obtemperabant.*

Declaratio per exempla, quod pars irrationalis pareat rationi.

TEſtantur hoc etiam partes pudendæ corporis, ſi prope pulchras aſſiſtunt fœminas; nam dum ignorant quæ illæ ſint, feruntur ab appetitu, concitanturque in Venerem. Verũ ſimulatque norunt, eas eſſe ſorores, aut filias, quas nefas eſt tangere, ſtatim illæ partes concidunt, langueſcunt, retrahuntur, quaſi ratio ipſa ſe retrahat, atque inde repedat. Idem ſæpe in edulis vſu venit: nam etſi multi, dum ignorant obſonia, ſuauiter edunt: tamen vt primum ſenſerint ſe impurum aliquod, aut lege vetitum ediſſe, non ſolum moleſtia afficiuntur maxima, verum etiam ad nauſeas ſe, & vomitiones conuertunt.

Pergit exemplis oſtendere, irrationalem partem rationi obedientem eſſe.

VEreor autem, ne in hac diſputatione quædam patum idonea, nugatoriaque, & pene puerilia afferre videar, ſi pſalteria, citharas, & tibias teſtes adduxero, & quæcunque à Muſica arte ſunt excogitata, & ita comparata in rebus inanimatis, vt cum eorum, qui iis vtuntur, ſtudiis congruerent, eisque in luctu, in cantu, & libidine reſponderent, eorumque iudicia, affectus, & mores imitarentur. Quamuis poſſem citare Zenonem, qui in theatro certantibus alternatim citharœdis, ad diſcipulos inquit: *Eamus, vt diſcamus, quam vocem edant inteſtina, nerui, ligna, & oſſa, & quonam pacto rationem, numerosq; admittant, & referant.* Sed hæc miſſa faciens, libenter ab eis percontarer, quid eſt, quod tantopere mirentur, & dubitent,

rent, ſi ea vis animæ, quæ iraſcendi, appetendi, triſtandi, & gaudendi vim habet, rationi obediat? cum videant canes, equosque, nec non & aues cicures conſuetudine quadam, victu, & documento voces auditu faciles referre, motus etiam, habitus, & geſtus moderatos, noſtrosque ad vſus accommodatos, atque obtemperantes rationi cedere. Cũ præſertim Homerum legerint, à quo Achilles inducitur, qui non modo homines, ſed etiam equos hortabatur ad pugnam, tanquam inſitum à natura ſit, vt id, quod ratione priuatur, ei parti, quæ ſapit, & ratione vtitur, ſemper obediat. Nam ab ipſa afficitur, temperaturq; ue, cum altera ab altera diſiuncta non ſit, nec quaſi colonia, relegata, neque extrinſecus ficta, neque plagis quibusdam formata, ſed natura appenſa, atq; coalita, à cõſuetudine expleta, & abſoluta, vt recte mos appelletur. Eſt enim mos (vt ſic dixerim) qualitas quædam eius partis, quæ ratione caret, & ideo mos dicitur: quia etſi ſine ratione eſt, tamen ab ipſa ratione conſuetudine quadam informatur: informatur, inq̃, quando vis illa, & potentia affectui obnoxia in elegantem, & vrbanum habitum, prudẽtia duce, cõmutatur, & affectus ipſos, quos omnino non tollit, moderatur. Non n. ſuccederet, neque præſtaret, vt è medio affectus tollerentur: nam morales virtutes ſine affectibus omnino eſſe non poſſunt, vt quæ ſint mediocritates & commenſurationes affectuum: quos illa quidem vis ac poteſtas, quam diximus, dirigit, atque componit.

De potentia, affectione, & habitu.

TRia enim circa animam ſunt, vt ipſi aiunt: primum habilitas illa, quæ potentia dicitur; deinde affectio; poſtremo habitus: ex quibus potentia eſt principium, & materia affectionis, vt iraſcendi, pudendi, & fidendi vis eſſe dicatur. Affectio eſt motus quidam ipſius potentiæ, vt ipſa ira, ipſa fiducia, ipſe pudor, ipſa audacia. Habitus vero eſt confirmatio ipſius potentiæ ratione carentis, ortus à conſuetudine, qui ſi fuerit bene ratione conſtitutus, virtus efficitur, ſi vero male, vitium.

De differentia Sapientiæ, & Prudentiæ.

QVoniam autem non exiſtimant, omnem virtutem eſſe in meditullio extremorum, neque omnem virtutem eſſe moralem, neceſſe eſt, vt de earum differentia, altius repetito principio, diſſeramus. Cum res ſint aliæ quidem, quæ ex ſe conſtant,

Digitized by Google

conſtant, vt cœlum, aſtra, terra, mare, aliæ, quæ ad nos attinent, vt bonum, malum, fugiendum, appetendum, gratum, moleſtum. Cum vtrunque hoc ratio ſpeculatur, quatenus de iis agit, quæ certa ſunt, & ad optionem noſtram non attinent, ſcientia & contemplatio eſt: quatenus vero de iis, quæ ad nos attinent, conſultrix eſt, & actiua: huius quidem virtus prudentia eſt, illius autem ſapientia. Differt autem à ſapientia prudentia hoc modo: quia ex conuerſione & habitudine illius partis, qua contemplamur, ad actualem, ciuilemque, & ad partem affectui ſubiectam prudentia exiſtit: iccirco ad ſibi propoſitum finem aſſequendum fortuna eget. Sapientia vero cum verſetur circa ea, quæ ſemper ſunt eadem, & eodem modo ſe habent, fortuna non eget. Nam quemadmodum Geometra non conſultat de triangulo, ſi duobus rectis interiores angulos æquales habeat, ſed illud plane nouit: ſic contemplandi ratio eſt ab omni conſultatione immunis, & libera, cum circa ea ſe gerat, quæ prima ſunt atque ſtabilia, quæ ſemper eandem naturam ſeruant, & quæ nullam mutationem admittunt. Prudentiam vero, quia ad res plenas erroris, perturbationisque deſcendit, neceſſe eſt ſæpenumero immiſcere ſe fortuitis rebus, & incertis, & de iis vti conſultatione. Et cum pars actualis, quæ circa negotium eſt, partem deliberandi accipiat, neceſſe eſt, comite, & ſocia irrationali parte, & ad iudicandum adhibita agere. Appetitu enim egent impellente ad agendum. Appetitum autem conſuetudo facit, eum ita afficiendo, vt ratione egeat, quæ præfiniat, quo pacto moderata ſequatur, & non excedat, neque deſerat opportunitatem. Nam illa pars, quæ affectui ſubiecta eſt, ſine ratione motibus vtitur tum nimis concitatis, & vehementibus, tum mollioribus, quam æquum eſt, & ſegnioribus. Quo fit, vt vnumquodque eorum, quæ agimus, vno quidem modo recte fiat, modis autem multis peccet. Ferire enim ſignum, vnum eſt, & ſimplex: aberramus vero multis modis alias aliter, aut excedentes mediocritatem, aut eam deſerentes. Hoc igitur eſt munus actualis, ciuiliſque rationis ſecundum naturam, reſcindere ex affectibus, quicquid à mediocritate aberrat. Nam vbi imbecillitate, mollitie, metu, aut ſegnitie appetitus ſuccumbit, & id, quod honeſtum eſt, deſerit, ibi præſto eſt ratio, quæ eum excitat, & confirmat. Vbi rurſus rapido, & concitato impetu fluens, ordinem & modum egreſſus vagatur, quod nimium eſt, & redundans reprimit, amputat, & ſiſtit: demum ita motum affectui ſubiectum præfiniens & moderans, virtutes morales circa partem irrationalem inducit: quæ quidem mediocritates ſunt inter exceſſum, & defectum, etſi non omnes: quoniam ea virtus, quæ non eſt indiga partis ratione carentis, prudentia & ſapientia, cum circa ſimplicem, & ſynceram cognitio-

nem

nem abſque aliquo affectu conſiſtat, per ſe perfecta ſummitas rationis eſt, & abſoluta facultas, cui diuina & beatiſſima pars ſcientiæ inſit. At illa, quæ neceſſaria eſt corporis gratia, quæ affectui adiuncta, tanquam inſtrumentali miniſterio, & famulatu eget ad agendum, cum non penitus euertat irrationalem partem animæ, ſed inſtruat potius, & moderetur, ſua quidem præſtantia, & facultate atque etiam qualitate, ſublimitas eſt, quantitate vero mediocritas, cum exceſſum ipſum & defectum reiiciat.

Medium non eſſe, niſi per fugam exceſſus, & defectus: differreque intemperantiam ab incontinentia.

QVoniam autem plurifariam dicitur medium; nam aut mixtum eſt medium inter ſimplicia, vt fuſcum inter album, & nigrum, aut id quod continet & continetur, vt octo inter duodecim, & quattuor, aut id quod nullorum extremorum ſit particeps, vt indifferens inter bonum, & malum, nullo quidem horum modorum virtus eſt medium: quia neque admixtio vitiorum eſt, neque continetur ab eo, quod æquabilitatem & modum excedit, neque continet id, quod infra modum eſt, neque omnino vacua eſt ab affectionibus appetitus, in quibus plus & minus inuenitur: ſed eo potiſſimum modo mediocritas & fit, & dicitur, quo circa ſonos eſt harmonia. Ea enim mediocritas ita pertinet ad cantum, quemadmodum acutiſſima illa vox, quæ à Muſicis Nete, & grauiſſima, quæ Hypate nuncupatur: vtrunque tamen extremorum fugiens, illius ſcilicet nimiam acuitatem, huius vero nimiam grauitatem, modum in vtraque conſectata delectat. Sic ipſa virtus, cum ſit mediocritas, & motus, & vis, circa irrationalem partem remiſſiones, & contractiones, & omnino id, quod excedit, & deficit, ab appetitione aufert, & vnamquamque affectionem in rectitudine, & mediocritate conſtituit. Etenim, vt à fortitudine incipiamus, mediocritatem eſſe aſſerunt timiditatis & audaciæ, quarum altera quidem defectus eſt, altera vero exceſſus, & eius videlicet partis, quam excandeſcentiam nominant. Rurſus liberalitatem inter auaritiam & prodigentiam: manſuetudinem inter ſtuporem & ſæuitiam: temperantiam vero, & iuſtitiam ita ſtatuunt, vt altera circa res contrahendas nihil ſibi plus, minusve æquo tribuat, altera, cum ſit medium inſenſibilitatis & voluptatis, ſemper cupiditates recte conſtituat. Quo quidem in munere maxime videtur irrationalis pars declarari, ac differre à parte rationali, & affectum à ratione longiſſime eſſe diuerſū.

Non

Digitized by Google

Non enim differret circa voluptates, cupiditateſque continentia à tẽperantia, & incontinentia ab intemperantia, ſi ſuapte natura eadem pars, quæ cuperet, ipſa etiam iudicaret. Quare ea erit temperantia, cuius partem affectui addictam, tanquam animal manſuetum freno obtemperans ratio tractat, & quaſi aurigatur, vtens eo circa concupiſcentias non quidem reluctante, ſed ſponte temperamentum & honeſtatem accipiente. Continentia vero contra ducit quidem valida, & ſuperante ratione cupiditatem, non libentem tamen, neque obtemperantem, ſed obliquam potius, & reluctantem quaſi ſub plaga & freno coercet: quare per ſe certaminis, atque tumultus plena eſt, vt Plato exiſtimat, cum de duobus equis animæ fabulatur: quorum alter eſt placidus & freno obtemperans, alter aſper & contumax, qui contra bene parentem ſocium, iugum detrectat, & ſæpenumero perturbat aurigam: dum ſimul cauere is nititur, ne auferatur ab impetu ruentis equi, contraque eius impetum retrorſum, & in contrariam illi, ad quam ruat partem, equum cogit adducere: anxius etiam ne punicea lora, vt ait Symonides, ſibi è manibus excutiantur. Iccirco continentiam integram, & perfectam virtutem eſſe, non putant, ſed inchoatam & mancam: nec plane ad perfectam mediocritatem redactam ex concentu, atque concordia deterrimi cum optimo. Addunt etiam, non eſſe plane purgatam amputatione excedentis affectus, nec ita conſtitutam, vt ea pars animæ, quæ concupiſcit, prudenti parti obtemperando conſentiat: quin potius triſtis, & dolens, coacta etiam neceſſitate, & hoſtiliter compulſa, cum infenſis, infeſtiſque, tanquam in ſeditione, cohabitat, vt de ea illud recte dicatur: *Ciuitas quidem ſimul odorifero ſuffitu plena eſt, ſimul etiam peanis, & ſuſpiriis:* ſcilicet anima continentis, quæ non æqua ſemper nec ſibi bene congruentia ſuſtinet.

Incontinentiam eſſe quiddam minus, quam vitium: intemperantiam vero maius.

EOdem pacto putant incontinentiam minus quiddam eſſe, quam vitium, intemperantiam autem plane vitium: quippe cum ad prauam affectionem, prauam etiam addat rationem, ac tum concupiſcendo ad turpitudinem labatur, tum malum, obliquumque iudicium cupiditatibus annectendo cognitionem abiiciat, ſenſumque peccatorum. At incontinentia ratione quidem, quæ non deprauatur, iudicium rectum ſeruat, & integrum: affectu autem, qui ratione potentior eſt, præter ſuam ſententiam fertur omnino tranſuerſa, & præceps: differtque ab intemperantia, quia huius ratio ſuperatur ab affectu; illius autem non repugnat

Digitized by Google

affectibus, & huius quidem ratio repugnans, cupiditates ſequitur: illius vero dux eſt, & cauſam agit, tanquam patrona. Adde etiam, quod hæc dum errat, dolet: illa gaudet, & cupit eſſe ſe errati ſociam: hæc inuita prodit honeſtum, illa ſponte fertur ad turpe. Denique ita perſpicua eſt inter vtramque differentia, vt non modo ex iis, quæ agunt, ſed etiam ex iis, quæ dicunt, facile appareat, & innoteſcat. Nam intemperantis quidem hæ ſunt voces: *Quæ gratia, aut quod oblectamentum eſt ſine aurea Venere? peream, quando mihi hac non amplius erunt curæ.* Alius vero ait: *Eſſe, potare, & venerea aſſequi, cætera vero inutiles nugas appello.* Quaſi ex toto animo ſe totum voluptatibus deuouiſſet. Sunt etiam ſimiles voces alterius, cuius iudicium pariter cum affectu ægrotat; ſic enim inquit: *Sine me perire, hoc ſane mihi conducit, & præſtat.* Verum voces incontinentis longe diſſimiles, & differentes ſunt. *Cum mihi mens* (inquit) *viget, natura tamen infert vim.* Et rurſus: *Heu heu hoc quidem à Diis omnibus eſt immiſſum malum, quando quis rectum nouit, & eo non vtitur.* Item: *Trahit quidem ira, neque anchora vncus retinet: ſulcat: non hæret, nec reſiſtit tempeſtati.* Vide, quam eleganter & apposite partem illam rationis, quæ non eſt firma & ſolida, & quæ mollitie & languore iudicium proiicit, vncum anchoræ non cohærentem, appellat. Nec illa quoque verba ab hac ſunt ſimilitudine aliena. *Nauis vt quæpiam terræ annectitur vinculis, flat ventus placidus, nos autem bene retinent funes.* Funes appellat retinentia iudicia, & obluctantia aduerſus turpitudinem, quæ poſtea ab affectu tanquam à vehementi vento diſrumpatur. Nam reuera præceps intemperans tenſo, & pleno velo rapitur ad voluptates, quibus ſe totum accommodat: contra vero incontinens, nam dum optat abiicere, & repellere affectionem, ad turpitudinem trahitur vel inuitus: quemadmodum Anaxarchum irriſit Timon. *Fiduciam* (inquit) *atque conſtantiam, quo Anaxarchi vis venatica properare videbatur, conſidera: qui* (*ſicut dixerunt*) *miſer fuit, voluptaria enim natura eum retraxit.* Voluptatem vero plurimi ex iis, qui oſtentant ſapientiam, reformidant. Sapiens n. incontinens nō eſt, ſed temperans: neque inſipiens incontinens, ſed intemperans: hic etenim delectatur honeſtis, ille vero non dolet turpibus. Igitur incontinentia ſophiſtici animi eſt rationem habentis, & in iis, de quibus recte ſentit, minime permanentis. Sic igitur incontinentia ab intemperantia differt, & rurſus continentia à temperantia reciproce. Nam incontinentis morſus & moleſtia, ac reluctatio continentiam non deſerit. At animus temperantis nihil aliud eſt, quam æquabilitas plena, integra, libera, & valens, cui coniuncta eſt quaſi comes pars illa irrationalis, mira quadam obedientia, & manſuetudine erga rationem concinnata: quam cum intueatis, poſſis illud Homericum dicere: *Profecto poſt tempeſtatem ventus ille ceſſauit, tranquillitas ſerena erat.* Deus enim ipſe tempeſtatem compoſuit,

cum

cum ratio, inquam, ipſa inſanos, vehementes, & aculeatos motus cupiditatum extinxit, affectuſque, quibus natura eget, obtemperantes ſibi, & amicos reddidit, vt eas actiones quas elegit, adiuuent, & quaſi ſuppetias ferant, vt neque nimia celeritate præcurrant, neque ſegnitie ſe remittant, neque ordinem deſerant, neque inobedientes ſint: ſed habeant potius appetitionem ita docilem, & obſequentem, vt rationem, tanquam pullus equam, ſequantur: quæ quidem appetitio illud confirmet, quod ait Xenocrates de vere philoſophantibus: *Solos eos facere ſponte, quæ reliqui faciunt lege coacti.* Nam illi grauitatem ſupplicii contuentes, ita ſe à voluptatibus auertunt, vt à plaga canes, aut a ſtrepitu muſtelæ aufugiunt. Igitur eſſe in anima, & ſentiri eam vim, & diſcordiam aduerſus cupiditates, vt ſi quis cum iis pugnet, & iis contradicat, plane perſpicuum eſt.

Contra eos, qui dicunt, affectum & rationem eſſe idem.

NOnnulli etiam exiſtimant, non aliud eſſe affectum à ratione, neque duarum rerum differentiam, ſed vnius rationis conuerſionem quandam ad vtramque partem, latentem quidem nos celeritate & velocitate motus: nos, inquam, non animaduertentes, eandem eſſe partem animæ, quæ ſit apta, atq; idonea appetere, pœnitere, iraſci, metuere, ferri ad turpitudinem ob voluptatem: rurſus compeſcere, ac reprimere voluptatẽ. Nam cupiditatem, iram, metũ, & cætera eiuſmodi, iudicia quidem praua eſſe, & opiniones mentis, erroreſq;: & non eſſe in vna parte animæ, ſed eſſe totius illius principis animæ partis momenta, ceſſiones, aſſenſiones, & omnino actiones, quæ quidẽ eodem in ſtatu perſiſtunt, non aliter, q̃ curſus concitationes, motuſq; puerorũ, qui ob imbecillitatẽ habent impetum inconſtantem, & leuem. Reſpondebimus quidem, primũ hoc eſſe præter euidentiam, & ẽt præter ſenſum: cũ nemo in ſeipſo ſentiat mutationẽ partis, q̃ obtemperat appetitui ad eã, quæ iudicat, neq; rurſus illius partis, quæ iudicat ad eam partẽ, quæ appetit, & cõcupiſcit: non n. quis deſiſtit amare, cum primũ conſiderat, & ratiocinatur cõprimendũ eſſe amorem, & aduerſus eum eſſe pugnandũ; neq; rurſus abducitur à ratiocinatione, & iudicio, quando eneruatus, atq; emollitus à cupiditate ſuccumbit, ſed oppugnans affectum duce ratione, manet adhuc in ipſo affectu, rurſuſque victus ab affectu, auſpicio rationis partem illam, quæ peccat, intuetur: vnde neq; affectu cogitationẽ aufert, neq; ratiocinando ab affectu diſcedit; ſed potius ductus modo huc, modo illuc, amborum eſt medius

Digitized by Google

communis, & particeps. Sed ii, qui principem partem animæ putant modo appetitum eſſe, modo partem appetitui aduerſantem, nihilo minus peccant, quam ſi putent, venatorem & feram non duo eſſe, ſed vnum, & idem corpus mutatione vtens. Quo fit, vt illi quidem contemnant id, quod eſt euidens, hi vero teſtimonium afferant contra ſenſum, cum in ſeipſis ſentiant non vnius mutationem, ſed ſimul duorum pugnam & diſcordiam. Verum vt aliquo ſe argumento tueantur, interrogant: nonne ea pars animæ, quæ in deliberatione conſiſtit, ſi de vtilitate fuerit in conſultationẽ adducta, in varias contrariasq; opiniones diſtrahitur? cum tamen vna pars ſit, & non plures. Cui quidem percontationi reſpondebimus, omnino id quidem eſſe: non tamen id ſequi, vt eorum ratio non abſit à vero quam longiſſime. Non enim pugnat contra ſe pars ea animæ, quæ conſultat, ſed vna tantum vtens facultate, ac vi diuerſas, & varias cogitationes attingit: immo potius vna tantum cogitatio eſt diuerſis in rebus, tanquam in diuerſis materiis. Iccirco in illis cogitationibus, quę ſunt ſine affectu, nulla prorſus moleſtia ineſt: neque ii qui præter ſententiam, & tanquam coacti, alterum eligunt, id agerent, niſi lateret aliquis affectus à corpore pendens, quaſi iugo coniunctus, & annexus. Nam hoc plerunque contingit, non tamen repugnantia cogitationis aduerſus cogitationem, ſed ambitione, aut contentione, aut gratia, aut ſubtractione, aut metu eunte obuiam, vt exiſtimetur duarum cogitationum eſſe controuerſiam: quam in his verbis intueri licet: *Pudebat quidem eos negare, ac timebant polliceri*: &, *Occidi quidem graue eſt, gloriam tamen affert: Nolle mori turpe eſt: ineſt tamen in viuendo voluptas.* Atque circa iudicia rerum contrahendarum ſi intercidunt affectus, plurimam afferunt & diſputationem, & moram. Sic etiam in conſiliis, quæ dantur Regibus, ii, qui in gratiam loquuntur, & adulantur, non alteri duarum ſententiarum aſſentiuntur; ſed certo cuidam affectui addicuntur, aliter quam ratio vtilitatis expoſtulat. Iccirco in republica optimatum principes ciuitatis prohibent, ne affectus aliquos moueant oratores; quia ratio affectu carens prona ſemper fertur ad iuſtum: cum vero affectus accedit, ea pars, quæ lætatur, & ea, quæ dolet, diſſident inter ſe, & pugnam faciunt aduerſus iudicium, & conſultationem. Nam cur in quæſtionibus Philoſophiæ ſine aliqua moleſtia ſententiæ demutantur? Etenim Ariſtoteles ipſe, Democritus, & Chryſippus multa ex ſuis decretis ſine aliquo mentis tumultu, & moleſtia, immo potius cum voluptate depoſuerunt. Nulla videlicet alia de cauſa, niſi quia in ea parte animæ, quæ in rerũ contemplatione verſatur, nullus eſt, qui repugnet affectus: verum ſedata quidem, & non curioſa pars illa irrationalis eſt in eo rerum genere. Quare ratio cum ſibi offertur id, quod eſt verum, reiiciens libenter falſum, ab ipſo falſo declinat,

nat; quoniam ea pars, cui ſuadetur, diſſuadeturque, non in alia parte, ſed in ipſa ratione conſiſtit. Verum conſilia, & iudicia in rebus agendis, & adminiſtratio vulgi cum ſubiaceant affectibus, diſſenſionem & difficultatem rationi præbent, quia irrationalis pars voluptate, aut metu, aut moleſtia, aut cupiditate eam perturbat: & ſenſus quidem cum vtrunq; contrariorum attingat, eſt quaſi Forum, in quo ratio iudicat, & internoſcit: quæ ſi alterum contrariorum ſuperat, non aufert penitus alterum, ſed potius ipſum, (quamuis reluctetur) vel inuitum trahit, & moderatur. Hac ergo de cauſa qui ſeipſum amantem reprimit, obiurgatq;, ratione vtitur aduerſus affectum, cum ambo in anima ſint, non aliter, quam ſi manu, quæ pars corporis eſt, reprimat aliam partem corporis inflammatam, ſentitque ille, duas eſſe partes, & differentes: ſed in ſpeculationibus, quæ penitus ſunt affectus expertes, in ea potiſſimum parte animæ conſiſtentes, quæ in contemplatione verſatur, ſiquidem æque ſi maneant, non fit iudicium, ſed dubitatio quædam, & mora, ac diſtractio mentis ambigens, vtri parti aſſentiatur. Quæ quidem ambiguitas, & diſtractio à contrariis ſententiis oritur; vnde ſi inclinatio fiat ad alterum, pars illa quæ ſuperat, prorſus alteram repellit, vt neque moleſte ferat, neque contradicat opinioni. Omnino autem quando videtur ratio cum ratione pugnare, non percipitur ſenſu pugna illa, quaſi pugna duorum & diuerſorum; ſed vnius cuiuſdam in diuerſis imaginationibus, & viſis. Verum quando pars irrationalis pugnat cum ratione, quæ non eſt apta vincere, neque vinci ſine moleſtia, ſtatim, tanquam duo, ſua pugna, & controuerſia animum diſtrahunt, vt inter vtraſque perſpicua, ac manifeſta appareat differentia.

Affirmat, quæ dicta ſunt, aitq;, differentiam perſpici non ex controuerſia ſolum, & pugna, verum etiam ex conſenſu.

ILlud etiam ſcire non erit abſurdum, quod, quemadmodum ex pugna, & controuerſia illarum, quas diximus, partium differentia innoteſcit, ita etiam ab obſequio percipitur. Nam quia contingit ſępenumero, vt aliquis ingenuum puerum ad virtutem natũ amet, contingit ẽt amare prauum & intemperantem: & rurſus quia contingit vti ira aduerſus filios, & parentes iniuſte, contingit etiam iure pro filiis, & parentibus aduerſus hoſtes, & tyrannos iraſci. Quo fit, vt quemadmodum illic ſenſibilis eſt pugna affectus aduerſus rationem: ita hic percipiatur perſuaſio, & aſſenſio, tanq̃ appetitu cum ratione congruente. Pręterea cũ vir probus

ſecundum leges, & iura ducit vxorem, cogitat iuſte, & temperantor cum ea degere, & ſimul eſſe: tempore autem (pariente conſuetudine affectum) ſentit ad rationem acceſſiſſe etiam beneuolentiam, & amorem. Et rurſus adoleſcentes dum conuerſantur cum præceptore vrbano, & lepido, ducuntur prius neceſſitate, vt eum ſectentur & æmulentur: deinde eum vſqueadeo proſequuntur amore, vt pro familiaribus, & auditoribus amatores illius appellentur, & ſint. Idem etiam contingit bonis Principibus, & etiam vicinis atque affinibus, qui prius ab honeſto quodam vſu incipiunt ſimul conuerſari, deinde latenter feruntur ad beneuolentiam & amorem, ratione attrahente partem illam, quæ ſubiacet, & noxia eſt affectibus. Quin etiam quidam, qui pudorem in duo genera diuiſit, & alterum dixit non improbum, alterum onus & moleſtiam domorum, liquido oſtendit. in ſeipſo ſentire affectum obtemperare ſæpe rationi, & ab ea regi, ſæpe etiam præter rationem ſegnitie, & ignauia occaſiones & negotia deturpare. Quod quidem genus hominum, cum ſibi indulgens & blandiens ſit, videtur ſophiſticas oſtentationes haudquaquam Philoſopho dignas conſectari: quia ipſas res deſerunt, & ad commentitia verba confugiunt: nam erubeſcentiam à turpitudine ortam, obſeruantiam appellant; lætitiam autem geſtientem honeſtum gaudium, timorem vero conſilium cauendi: cum nemo ſit, qui hanc gloriam, quam ipſi ſibi arrogant, refellat: deinde ſic aptant nomina, vt ipſos affectus qui rationi obtemperant, aſſentiunturq;, honeſtis his nominibus; contrariis vero affectus repugnantes, & vim rationi afferentes appellent. Verum quando de lachrymis, tremoribus, & pallore ob metum, & triſtitiam redarguuntur, excitationem eſſe, aſſerunt, & quaſi quoddam hortamentum animi. Sic culpam diminuunt mutatione verborum, vt etiam audeant ipſam cupiditatem promptitudinem appellare: quamuis aliquando honeſta illa gaudia, & conſilia cauendi, rectitudinem affectuum dicant, non omnino priuationem affectuum. Et tunc recte quidem. Nam rectitudo affectus fit ratione, non penitus auferente affectum, ſed moderante & inſtruente, in iis ſcilicet hominibus, qui temperantia vtuntur. At prauis & incontinentibus contra accidit, quia etſi patrem & matrem cenſent in amore amatæ puellæ, alteri ve redamatæ præferendos: tamen ad eam, quam iudicant meretricem, aut adulatorem, ſtatim ſe applicant. Vnde poteſt facile colligi, quod ſi affectus & iudicium eſſent idem, oporteret certe, affectum ſequi illud iudicium, quo decretum & definitum erat, quid eſſet amandum aut odio proſequendum. Nunc autem contra contingit, quoniam illis quidem iudiciis, quibus & meretricem, & adulatorem agnoſcunt, accedit affectus. Illis vero, quibus iudicant id, quod eſt rectum, non paret, ſed repugnat affectus. Quare ipſi non tantum rebus,
ac ve-

ac veritate ipſa, ſed ſuis etiam verbis facile vincuntur: quoniam aſſerunt non omne iudicium eſſe affectum, ſed potius eſſe id, quod mouet appetitionem vehementem, exuperantemque, & aliud eſſe id, quod iudicat, aliud quod in nobis afficitur, perinde vt mouens, & motum. Præterea Chryſippus in multis definiens malorum tolerantiam & continentiam, habitum eſſe, air, obtemperantem rationi, quæ eligit. Quare manifeſte fatetur, aliam eſſe in nobis eam partem, quæ tanquam aſſecla, & comes eſt, ſiue illa ſponte ſequatur, ſiue trahatur inuita: & aliam, quæ tanquam dux imperitat, & monſtrat, qua ſit ratione progrediendum.

Contra eos, qui dicunt, paria eſſe peccata, probatq́;, Chryſippum, & alios ſuis rationibus reuinci.

Diluere autem, & confutare rationes eorum, qui dicunt, paria eſſe peccata, & an aliquo pacto ipſum verum negligant, nunc oſtendere, non eſt opportunum. Pleraque autem valde videntur rationi (præter id, quod apparet) repugnare. Nam eorum quidem iudicio omnis affectus peccatum eſt, vt quicunq; moleſtia afficiatur, aut metu, aut appetitu, peccare exiſtimetur. Differentiæ tamen magnæ cernuntur horum affectuum, exuberantia, & defectu. Quis n parem exiſtimet Dolonis & Aiacis metũ? qui non curſu præcipiti à pugna, ſed pedetentim cedendo (vt ait Homerus) genua commouebat. Quis etiam parem putet dolorem Platonis ex morte Socratis dolori, quẽ ceperat Alexãder? qui eouſq; doluit interitu Cliti, vt parum abfuerit, quin ipſe ſibi mortem conſciſceret. Nonne etiam plane perſpicuum eſt, ꝙ intẽduntur moleſtiæ, augenturq; non parum, ſi eueniat aliquid præter ſpem, & præter q̃ æquum eſt. Et id profecto, quod euenit pręter ſpem, & contra rationem, acerbius eſt eo, quod ex ratione accidit, & opinione, vt ſi quis expecter, & ſperet quempiam futurum ita felicem, vt ſit omnib. admirationi: & contra accidat, quẽadmodũ Parmenio Philotã vidit tormentis affectum. Præterea quis dicat, aut putet, æqua ira exarſiſſe Nicocreontem aduerſus Anaxarchum, à quo cum eſſet ipſe laceſſitus, vſque adeo ſæuiit, vt eum malleis ferreis in pila contundi iuſſerit, & Magam aduerſus Philemonem, in quem nihil aliud ille ſtatuit, niſi vt lictor diſtrictum gladium eius ceruici apponeret, eumq; mox remoto gladio incolumẽ dimitteret. Hac ergo de cauſa Plato dixit, eundẽ locũ obtinere in animo irã, quẽ in arcu neruus obtineat: nam auſteritate & amaritudine intenditur, & manſuetudine relaxatur. Sed ii, contra quos agitur, vt intentiones affectuum, vehementiaſque refellant, aiunt, has non fieri ſecundum iudicium, in quo quidem eſt pars illa, quæ peccat, ſed

potius

potius quaſdam eſſe deſinentias, contractiones, & remiſſiones, quæ accipiunt exceſſum & defectum. Quamuis & circa hoc videantur vel maximæ differentiæ. Paupertatem enim quidam cenſent eſſe non malum, nonnulli vero magnum: aliqui etiam maximum malum, vt ſe è rupibus deturbarent, aut in mare demergerent. De morte vero ea eſt ſententia, vt nonnulli aſſerant eſſe malum, quoniam priuet bonis: nonnulli, quoniam ſuppliciis perpetuis omnes, & pœnis horrificis apud inferos afficiat. Valetudo etiam corporis quibuſdam videtur optanda, quia conducibilis eſt, & conſentanea naturæ: aliis autem videtur rebus omnibus præponenda, ſine qua neque diuitiæ aliquam gratiam habent, neque liberi, neque conuenientes Deis principatus: quippe morienti ne virtus quidem vllum afferret emolumentum. Quare videntur & circa ipſa iudicia alii plus, alii minus peccare. Sed hoc non eſt nobis nunc diſputandum. Ex his tamen ſumendum eſt, quod omnino dant manus conceduntque, partem illam irrationalem, ſecundum quam dicunt eſſe affectum maiorem & vehementiorem, à iudicio differre. Et quamuis contendant, rixenturque de verbo, & nomine: tamen reipſa cum iis conſentiunt, qui cenſent, partem illam affectui obnoxiam, & rationis expertem differre ab ea, quæ ratiocinatur, & iudicat. Nam & in iis, quæ Chryſippus de diſſenſione conſcripſit, *Cæcam*, ait, *eſſe iram, quæ ſæpe non ſinit ea nos, quæ ſunt perſpicua, intueri. ſæpe etiam ſeſe conceptis animo rebus opponit.* Deinde autem paulum progrediens ait: *Accidentes affectus ratiocinando expellunt, & ea quæ rationi aduerſantur, ad contrarias actiones reiiciunt.* Vritur etiam Menandro teſte, qui ait: *Hei mihi miſero, in quanam parte corporis eo tempore mens noſtra fuit? Nam non hæc quæ agimus, ſed illa quæ ratio iudicabat, optauimus.* Et rurſus idem Chryſippus progrediens ſic ait: *Cum rationale animal ita ſit à natura conſtitutum, vt ad gerendas res ratione vtatur, & gubernetur. Tamen ea ſæpenumero à nobis reiecta eſt, à nobis, inquam, commotis ab alio impetu vehementiori.* Vides quonam modo coactus fuit ob differentiam affectus, & rationis verum fateri.

Secundum Platonem animæ partes inter ſe differunt. Item ætate prouecti prudentiores ſunt iuuenibus phyſica ratione.

VIdetur etiam hoc idem Plato ipſe ſentire, nam aliter ridiculum eſſet dicere, quemquam ſuperiorem ſeipſo, & rurſus inferiorem: & alium quidem ſeipſum vincere: alium vero non vincere. Etenim quo pacto poteſt idem eſſe, qui ſit ſeipſo præſtantior, & ſeipſo deterior? & vincere ſimul, & vinci? niſi modo quodam vnuſquiſq; noſtrũ duplex ſit, & partem alteram habeat in ſe deteriorem, alteram vero præſtantiorem?

Digitized by Google

tiorem? Vnde euenit, vt is, qui parti illi præſtantiori deteriorem partem, tanquam ancillam, parere cogit, continens ſit, & ſeipſo præſtantior, qui vero intemperãti, & irrationali animæ parti ſinit obſequi præſtantiorem, cum videat eam ãncillari deteriori, idque videns floccifacit, ille omnino ſit ſeipſo inferior, & nomen merito acquirat incontinentis, ac maleà natura inſtituti. Natura enim ita comparatum eſt, vt cum diuina ſit ratio, præcedat & imperet parti irrationali, quæ ex ipſo, in quo ineſt corpore, prodit: nataque eſt, vt ſit ei ſimilis, & particeps affectuum, quibus repletur, mixtaque cum eo eſt, & penitus immerſa, vt oſtendunt appetitiones, quæ mouentur, & excitantur ſecundum mutationes corporum, & remiſſiones, contractionesque accipiunt. Quare adoleſcentes quidem celeres ſunt, concitati, petulantes, & circa appetitionem incenſi, quodamque quaſi aculeo irritati, inflammantur ſanguinis copia & feruore. Ætate vero prouectiori pars ea appetitionis princeps, quæ verſatur in iecore, frigeſcit efficiturque tenuis & imbecilla. Qua de cauſa pollet magis ratio, cum pars illa quæ afficitur, vna cum corpore contabeſcat. Hac eadem de cauſa natura ferarum erga impetus ſit manſuetior. Non enim rectitudine, aut prauitate opinionum aliis motus, ac vires excitantur ad ea, quæ aduerſa ac terribilia videntur, aliis ingentes ſuſpiciones, & metus animi. Sed quæ in ſanguine, ſpiritu & corpore inſunt facultates & vires, excitant huiuſmodi diuerſas cõcitationes. Vt perſpicuũ ſit, partem illam addictam affectui, tanquam ex radice ortam, corporis ſecum afferre qualitatem, & id vnde poſſit iudicium aſſumi. Quod idem in homine euenire oſtendit pallor, tremor, robur, palpitatio cordis, & lætitia geſtiens in expectatione voluptatum. Quibus quidem rebus fit, vt corpus affectibus pariter cũ animo commoueatur. Verum quando ipſa per ſe ſine aliquo affectu cogitatio mouetur, quieſcit plane corpus ſedatum, ſemotumque ab omni actione illius partis, quæ ratiocinatur, & cogitat. Quemadmodum in ſpeculationibus, quæ pertinent ad Mathematicum, pars illa corporea, & rationis expers nullam opem affert ſpeculationi: vt ex hoc manifeſte appareat, duas eſſe eas partes, facultatibus inter ſe differentes. Et ne ſigillatim agamus, ipſi etiam fatentur, & manifeſtum eſt, res quaſdam gubernari habitu, quaſdam natura, nonnullas anima rationis, & mentis compote, quarum omnium homo eſt particeps, & in eo omnes hæ differentiæ inueniuntur: etenim habitu continetur, alitur natura, & ratione vtitur, ac mente. Igitur ineſt ei & pars rationis expers, & innatum habet principium affectus, non futile quidem ac leue, ſed neceſſarium: neque omnino auferendum, aut penitus reiiciendum, ſed moderatione & diſciplina regendum. Non enim ita procedit munus rationis, vt (quemadmodum Thracius Lycurgus in vitibus fecit) vtiles par-

Digitized by Google

tes affectuum penitus reſcindat, & pariter cum noxiis euertat. Sed vt agriculturæ Deus, & qui ſata ex agreſtioribus mitia reddit: ita ratio debet prohibere id, quod eſt agreſte, & auferre exceſſum, deinde fouere, & regere id, quod eſt vtile. Quippe cum non proiiciant vinum, qui temulentiam verentur, neque radicitus affectionem auellant, qui perturbationem metuunt, ſed moderentur & temperent. Nam ferocitatem boum, & equorum, ac reluctationes auferunt quidem domitores: agilitatem vero, & motus omnino non auferunt. Ita ratio affectibus vtitur domitis, & manſuefactis, non eneruans, aut abſcindens ab anima partẽ illam, addictam corporis miniſterio. Nam *ad currum equus* (vt ait Pindarus) *bos ad aratrum aptus eſt. Canem vero cadem apri machinantem oportet validum exquirere*. Quorum omnium commodiſſima (vt ita dicam) iumenta rationi affectus ipſi ſunt, quia præſto ſunt virtutibus ad opem ferendam: ira quidem fortitudini, modo ſit ad mediocritatem reducta: prauitatis odium, & indignatio iuſtitiæ: indignatio, inquam, aduerſus eos, quibus res ſecundæ immerito euenerunt, quando ſimul dementia & petulantia incenſi animi repreſſione egent. Quis enim ab amicitia, licet multum inſudet, amorem euellat? aut ex benignitate miſericordiam? aut à vera beneuolentia æque gaudere, & æque dolore affici? Etenim ſi peccant ii, qui, cum viderint quempiam amore pereuntum, penitus amare deſinunt, profecto neque recte faciunt ii, qui ob auaritiæ odium expetitionem rerum vituperant. Sunt enim ſimiles iis, qui ob offenſionem pedis in curſu, curſum oderunt; aut iis, qui, quoniam perperam iaculantur, iaculationem reiiciunt: aut quibus ob aliquam diſſonantiam cantus, ars ipſa & peritia canendi odioſa eſt. Nam quemadmodum in vocibus Muſica concinnitatem facit, non euerſione acuti, & grauis; & in corporibus medicina ſalutem non abolitione calidi, & frigidi, ſed potius his temperatis, & ad certam mediocritatem redactis: eodem modo in animo hominis, non reiectione, ſed moderatione affectuum acquiritur victoria rationis. Quoniam ratio nõ tollit affectus, ſed potius inducit æquabilitatem, & moderationem, affectibus non conſultis. Nam mœtor, & lætitia geſtiens non aliter ſunt morbi animi, quã corporis ſunt abſceſſus, & inflammatio: cuiuſmodi certe non eſt gaudium ipſum per ſe, & dolor, aut timor. Præclare igitur Homerus ait: *Viri boni non mutatur corpus, neque ſupra modum perturbatur*. Vnde non metum, ſed metus exceſſum abſtulit, vt fortitudo non amentia, & fiducia non temeritas ſit. Iccirco à voluptatibus nimia eſt eiicienda cupiditas, & in puniendo non eſt adhibendum nimium odium prauitatis. Sic enim adhibito modo, alter non erit expers omnino ſenſus, ſed temperans, alter vero non crudelis, & atrox, ſed potius iuſtus. Quare non ſunt penitus euellendi affectus, quamuis ſæpe fieri poſſit: quoniam ratio ſegnior

gnior & hebetior fieret, non aliter, quam gubernator vento deſtitutus. Hinc legumlatores in ciuitatibus cupiditatem honoris, & mutuas æmulationes, in prælijs vero aduerſus hoſtem tubas, & claſſica ad excitandos animos induxerunt. Non enim in poematibus tantum, (vt ait Plato) Muſis afflatus, & plenus irridet eum, qui ſine numine & furore Muſarum, quamuis accurate, in caſſum tamen carmina molitur: ſed etiam in bello, qui eſt afflatus numine, & accẽſus affectibus, efficacior eſt, quam qui ſine numine, & affectu pugnat: quos quidem affectus à Deis hominibus immiſſos, ait Homerus. *Sic fatus* (inquit) *afflauit robur magnum paſtori populorum*: Et rurſus: *Non hic quidem ſine numine ita vehementiſſime furit*. Quaſi Dei affectum addant pro vehiculo, & irritamento rationis. Illud etiam licet intueri, ab eiſdem legumlatoribus ſæpe adoleſcentes laudibus excitari, ſæpe etiam in eos obiurgationibus animaduerti: ex quibus delectatio laudem ſequitur, moleſtia vero triſtitiam, & obiurgationem. Siquidem obiurgatio & contumelia pœnitudinem, & pudorem afferunt: quorum alterum triſtitia eſt, alterum metus. Hoc quidem adhibent in primis ad corrigendos adoleſcentes. Quare Diogenes cum audiſſer à nonnullis laudari Platonem: *Quidnam*, inquit ille, *habuit præclarum? qui tamdiu philoſophatus neminem corrigendo infeſtauit.* Non enim quiſpiam oſtenderet Mathematica præcepta (vt Xenocrates inquit) ita eſſe gradus ad Philoſophiam, vt affectus adoleſcentium: affectus, dico, pudorem, cupiditatem, pœnitudinem, voluptatem, moleſtiam, & ambitionem: quos quidem concinno, & ſalutari tactu pertractans ratio, & lex ad decentem viam adoleſcentem deducit & ſiſtit. Vt non inepte videatur dixiſſe Lacon ille præceptor: qui pollicebatur ſe facturum, vt gauderet auditor honeſtis, & abhorreret à turpibus: Qua quidem nulla eſt ingenuo adoleſcenti aptior, aut perfectior diſciplina.

FINIS.

Digitized by Google

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS,

IN COMMENTARIVM SVPER LIBELLVM PLVTARCHI CHAERONEI

DE VIRTVTE MORALI,

AD PRÆSTANTISSIMOS MELFIENSIVM Principes, Traianum Patrem, & Ioannem filium Caraciolos,

PRAEFATIO.

SOcrates ille ſapientiſſimus, cum multos annos in triplici illa Philoſophiæ ratione conſumpſiſſet, ad eam tandem ſe totum applicuit, quæ ad vitæ inſtitutionem, & ſocietatem hominum pertineret: conſultoq; duas reliquas, tanquam inutiles, & nihil ad nos pertinentes reliquit. Non enim ab ea Philoſophiæ parte, quæ verum à falſo, & rectum ab obliquo diiudicat, quæque decernit, quid in oratione conſentiat, quidve repugnet, vita communis informatur: ſed ab ea quæ de affectibus moderandis, de virtutibus & vitiis, & de honeſto quærit, ac turpi. Ego vero ſapientiſſimum hoc Socratis conſilium (quantum in me eſt) ſequi cupiens, cum

pleraque

Digitized by Google

pleraque alia, quæ ad hoc ſpectare videbantur, prius attigiſſem, ad Plutarchi demum nonnulla opuſcula euoluenda me contuli, allectus authoritate Theodori Gazæ viri quidem noſtra ætate in vtraque lingua peritiſſimi, qui ſolitus erat dicere: Si forte ſibi daretur optio, vt vnum tantum authorem pro animi pabulo eligeret, Plutarchum inter Græcos maxime venerandum ſeſe in primis eſſe electurum, vtpote qui non ſolum veterum ſcrupos abiiceret, ſed rationes etiam poſteriorum, qui rectius philoſophati ſunt, validiſſimis argumentis confirmaret. *Ex huius igitur viri tam latis, ac florentibus paſcuis aliquid mihi decerpere cupienti, diuinus ille libellus occurrit, qui de morali virtute inſcribitur: in quo plane comperi & veterum ſententias Ariſtotelico more confutatas, & ſubiectum moralis Philoſophiæ, quod à multis Philoſophis prætermiſſum eſt, in affectibus ſitum eſſe, & iis quidem non ſine magno vſu à natura tributis, modo ſub freno rationis contineantur, cum ipſi & moueant virtutes, & ſubleuent. Itaque ego maxime cupiens, vt libellus hic alicuius beneficio è Græcia in Italiam ſe transferret, diu quidem anxius expectaui: quæſiuique à multis, num quiſpiam eum è Græco Latinum facere aggreſſus eſſet. Cum vero comperiſſem id minime expectari, ad translationem hanc per me tentandam animum adieci. Tametſi non ignoro, me hac audacia tanti viri authoritati detrahere. Non enim is ſum, qui vtramque linguam (vt par eſt) calleam. Verum quia non eſt mihi conſilium, opus hoc omnibus, ſed vobis tantum patefacere, donec ab alio politiori latinitate donetur, in eo volui quoquo modo periclitari. Nec ſola eius translatione contentus, ei etiam commentariolos, quo res ipſæ clariores eſſent, adieci. In quo quidem, poſcente materia, à morali virtute, atque à Socratis inſtituto ad res phyſicas, ac ſublimes aliquantum diuertere neceſſe fuit. Idque eo feci libentius, quod cum tu,* TRAIANE, *morali diſciplina: tu vero,* IOHANNES *gener, Mathematica quoque, Phyſicaque inueſtigatione delectemini, habeatis ambo (dum per publicarum ac militarium rerum occupationes licet) in quo animum non ſine aliqua fortaſſe voluptate relaxetis. Qua quidem in parte non poſſum*

e 3 *non*

Digitized by Google

non ſummopere vtriuſque veſtrum laudare conſilium, atque ingenium. Quippe cum tu, Traiane, tota ætate à teneris (vt aiunt) vnguiculis in rebus bellicis conſumpta, ſenex iam literas ſis amplexus: tu autem, gener, prima ab adoleſcentia militiam auſpicatus, cum forte in illa nobili Rauennati clade, fugientibus multis, ſtrenue potius pugnare, mortemq; contemnere, quam cedere volens, in hoſtium poteſtatem veniſſes, totum captiuitatis tempus non ludicris, vt plerique aſſolent: ſed literis ita impenderis, vt poſtea in patriam doctiſsimus redieris, bellique iacturam magno literarum emolumento compenſaueris. Itaque ambo nunc adeo literarum ſtudio deditiestis, tantaque in illas auiditate incumbitis, vt & vos ob talem delectationem, & ſubiectos vobis populos ob tales Principes iure quidem feliciſſimos iudicem. Hæc igitur ea vobiſcum conditione communico, vt non clara voce, ſed clam intra veſtra penetralia legatis, & me apud vos ipſos defendatis, quod non oſtentatione aliqua, aut gloriolæ cupiditate hoc fecerim, ſed ne his ociosis temporibus omnino torperem. Nec eſt profecto, quod verear, indignum vobis, & alienum fortaſſe videri, quod ego, qui per totam ferme ætatem in militari area deſudarim, conuertendis nunc, interpretandisque Græcorum libellis tempus conteram. Scio enim vos ex iis non eſſe, qui literarium ſtudium ſpernant, contendantque, eum, qui ſeſe huic ſtudio dederit, eneruari, ictusque non inferre, atque arma nullo modo poſſe tractare: literarum vero expertes qui ſint, eos natura duce ad omnia militiæ munera obeunda multo magis idoneos. Ignorant iſti quidem in libris Philoſophorum, Hiſtoricorumque, & etiam Poetarum continue præcipi, mortem contemnendam eſſe, quod eſt proprium munus militiæ: virtutem animi exercendam: vitia fugienda: ac fortes nos, & prudentes eſſe debere: & milites qui ſub imperio ſunt, debere intrepide ac ſtrenue pugnare: locum non deſerere: fidos ſe in omni actione præſtare: Imperatores vero exercitum bene ducere; tute caſtrametari, commeatum abunde ſemper habere, conſilia hoſtium explorare, & ante capere; ne incautius offendatur, prouidere: Cum vero ad [illegible] deuenerit, aciem inſtruere, meliorem locum in pugna deligere; [illegible] oratione accendere,

pugnantibus auxilia præſtare. Hæ ſunt eneruationes, quæ literarum cultoribus obijciuntur. Sed ſinamus eos (vt ait Flaccus) perire libenter: non enim intelligunt Poeticum illud figmentum, Martem catenis deuinctum, à Mercurio liberatum, in receſſu & reipſa ſignare, militarem hominem ſine præſidio ingenii, & literarum cultura, nihil aliud eſſe, quam hominem deuinctum. Recte igitur vos, quando militiæ vacatio vobis data eſt, bonarum artium ſtudio incumbitis. Quare nos non immerito has vobis lucubratiunculas noſtras deſtinauimus, vt ſitis noſtri ſtudii participes, ſicut eſtis animi: accipiatisque hos fructus è noſtro hortulo, qui hoc peſtilentiſſimo autumno non erunt inſalubres, ſed qui & animi, & corporis ſaluti maxime conferent. Nec ignoro, multa in hac interpretatione vos inuenturos, quæ obeliſcum & caſtigationem deſiderent. Sed ne permittatis, quæſo, vt amor erga me veſter ita vos decipiat, vt mala pro bonis admittatis; immo ſeueram potius adhibeatis cenſuram. Nihil enim mihi gratius facere poteritis, quam ſi bene caſtigatum opus remiſeritis, vt ex veſtro iudicio in poſterum cautior fiam. Non enim ex eo hominum genere ſum, qui indignantur, ſi ab amicis ea, quæ fecerint, non approbentur, ſed qui amicorum authoritatem, atque cenſuram libenter ſubeam, præſertim veſtram, quorum mihi vterque Pythagoras, aut Socrates merito habetur.

P. SVM-

P. SVMMONTIVS

ANTONIO DONATO AQVIVIVO IOVIANO Comiti S.

EX iis, quę ad me ſcripſiſti, Comes Inclyte, Patris tui, herois maximi, voluntatem percepi, & quid ille de Plutarchi opere, quod eſt de virtute morali, per ipſum è Græca in Latinam linguam conuerſo, atque expoſito, nuper tibi reſponderit. Nam cum is tibi librum hunc ad Melfienſium Principem generum ſuum, cui dicatus erat, deferendum dediſſet, Tu occaſionem nactus, patrem de operis editione tentare auſus es; vtpote quod ſummæ tum elegantiæ, tum doctrinæ plenum tibi iure videretur. Reſpondiſſeque tibi illum, mihi ſignificaſti, nunquam ſuum conſilium edendi operis fuiſſe, cum ad ipſius profeſſionem non ſpectaret, de doctrinis altioribus ſcribere, ſed haſtas potius, enſeſque tractare, nec velle apud aliquos (vt ſunt nonnulli natura mordaces) oſtentatoris notam ſubire. Ipſe enim, vt genero ſuo morem gereret, de multis, quibus ille delectatur, ſcientiis, ad eum ſcribere impulſus fuerat. Illud etiam addidiſti, (ſi patris amicis, mihique ſcripta hæc talia viderentur, vt nulla è parte impugnari poſſent, nec tu iuſtam à patre accuſationem timeres) plumbo imprimenda, eo inſcio, te fortaſſe curaturum. Hæc igitur, quæ ad me his de rebus ſcripſiſti, accuratius omnia penſitaui, ſcriptiſque ipſis iterum atque iterũ inſpectis, illud facile animad-

uerti:

uerti: In verbis illis,quibus pater tuus profeſſionis ſuæ eſſe, negauit, manifeſtam,ac fere Socraticam ineſſe ironiam. Nulli enim magis,quam Principibus viris quæuis doctrina conuenit: quos quidem non modo ſeipſos, ſed ſibi ſubiectos moderari populos oportet. Quod ſi Anaxagoræ credimus, homines ad ſuſpiciendum cœlum eſſe natos,non de corporis oculo, quo & gallinaceus vtitur gallus, ſed de mente ipſa hominis intelligendum eſt,qua cœli ipſius & motorem, & motum intelligimus. Quare tantum abeſt, vt hanc patris tui dubitationem verear, vt eam è ſumma potius modeſtia ortam omnino affirmem. Nam quis eum in tanto verſari errore putet? vt de maioribus ſcribere doctrinis, ad ſeſe ſpectare neget? quem iamdiu mihi notum, plane conſtat; in mediis etiam bellorum ardoribus, ſiquando in caſtris ocium eſſet, illud non aleæ, non licentioſis voluptatibus, ſed Philoſophiæ tantum impendiſſe.. Quod vero ad me tandem ſcribis, non tam hoc reuera patrem tuum, quam rabulæ alicuius morſum timuiſſe, qui oſtētationis vitio ipſum eſſet notaturus, oſtentatorem eum eſſe reſpondeo, qui ſcientias(vt è vocabulo ipſo patet) tantummodo nominat,illas ſeſe ſcire indicans, ex quibus tamen fructum nemo percipit. Qui vero ſcientiarum materiam exaggerat, deque illis ita loquitur, vt fructus inde reportetur, hic oſtentator dici nullo modo poteſt. Quod autem hoc verum ſit,nonne ſi quis exquiſitam de materia,& forma diſputationem hoc in libro legerit, quid vtraque ſit,plane cognoſcet? In quo quidem multorum Philoſophorum opiniones cum acerrima Ariſtotelis illorum Principis cenſura videbit. De ſeparatis quoque ſubſtantiis,deque illarum numero, & orbium motu quiſnam diffuſius, exactiuſque,quam hic noſter loqui potuiſſet? Age videamus, quæ de Dialectica ſcripſit: nonne illa lucem maximam ſuis in tenebris habent? Diuinam quoque illam de Muſica diſputationem quicunque perpendet, ſummam profecto autoris doctrinam

f admi-

admirabitur: animaduertetque illum non ea Muſica, quæ aures, verum quæ animum demulcet, quæque inter alias regina eſt, delectatum. Ea item quæ de Anima ab eo literis mandata ſunt, optime expoſita vnuſquiſque inueniet, in quib. quid vere anima ſit, quæ illius partes, illiuſque immortalitas, facile innoteſcet. Virtutes præterea illæ morales, præſertim iuſtitiæ adminiſtratio, ſingulęque eius partes, quomodo melius exprimi potuiſſent? Nam quæ de Affectibus, illorumque moderatione copioſe, diuinituſque ab eo ſcripta ſunt, breuitatis gratia prætereo. Neque vero ſolum in his, quæ dixi, ſed in multis aliis eleganter, docteque hoc in opere ab eo diſputatis ita ſe bene dilatauit, vt ea proculdubio poſteritati ſint ſummopere placitura. De conſulendis vero amicis (vt iubes) feci: qui mihi vno ore omnes affirmant, grauiter te omnino peccaturum, ſi talia patris ſcripta in lucem quamprimum non prodibunt. Nam ſi harum rerum laudẽ ille non cupit, laus quidem tua non parua erit, tam bono precioſoque munere literarum ſtudioſos impartire: quod doctis quidem viris ad repetendas memoria res prius cognitas non inutile erit commentarium: Iunioribus vero, qui ad hęc cognoſcenda primum accedent, velut nouum quoddam rudimentum. Dabis igitur operam, vt hæc omnino per te quamprimum edantur: omnem enim culpam, patriſq; reprehenſionem, quam vereris, ego, & alii generoſæ tuę domus clientes, atque amici præſtabimus. Vale.

BI-

ΒΙΚΤΩΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΑΡΑΝΤΙΝΟΥ.

Ὑψιμέδων Ζεὺς κηδόμενος μάλ' ἑῶν θεραπόντων,
Ἄγγελον ἀθανάτων λαμπροτάτῳ Δονάτῳ
Ἰβιέων ἡγεμονίης δαΐφρονι πέμψεν,
Ὄφρ' ἐλθὼν εἴπῃ οἱ Κρονίδου τάδ' ἔπη.
Σὸς γενέτης πολύμητις δόξης οὐκ ἀλεγίζει.
Τῶν ῥ' ἐν τοῖς ἄλλοις οὐκ ἐθέλει παρέχειν.
Ἀλλὰ τύποις αὐτοῦ ἀέκοντος ἄνωγα σὺ κοινῇ
Ἤδ' ἀνθρώποις καὶ Ζηνὶ χάρεις μεγάλην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἦρα μέγιστον ὀφείλεθ' ὑμεῖς μεγαλήτορες υἷες
Ῥωμαίων, Δαναῶν οἱ φιλέοντες ἴχνη,
Ἀδειαντῶν πολέμων εὖ εἰδότι ἡγεμονῆι,
Ὅττι ἠθῶν ἀρετῆς οἶμον, ἐόντα μάλα
Παιπαλόεντά τε καὶ χαλεπόν, μετ' ἀπείρονας ἄθλους,
Θῆκεν ἄπαξιν ὑμῖν ῥηΐδιον πολύγε.

ELENCHVS CAPITVM, QVÆ CONTINENTVR IN

LIBRO PRIMO.

I.

DE operis argumento, & formam, ac materiam virtutum indiuiduam eſſe.

II.

De Materia prima, & vniuerſali, eiusque ad virtutem moralem imagine.

III.

De ideis, & formis quid Platonici, & Peripatetici diſſentiant.

IV.

De eſſentia & ſubſtantia.

V.

De parte animæ, qua virtutes admittit, & virtutum diſcrepantia.

VI.

De relatione, eiusque intelligentia, atque vſu multiplici: Item quo pacto Ariſto Philoſophus virtutem ſubſtantia vnam, relatione multas cenſuerit.

VII.

De definitionis regula, à qua Zeno in prudentia definienda aberrauit.

VIII.

De Genere.

IX.

De Specie.

X.

De Differentia.

XI.

De Proprio.

XII.

De Accidente: Item ex iis, quæ dicta ſunt, Zenonem in definitione virtutis merito redarguendum eſſe.

XIII.

De Qualitate, & de habitu, ac diſpoſitione: deq; errore veterum Philoſophorum in animæ facultatibus dignoſcendis, & definienda virtute.

XIV.

De Muſica, & qua ratione, atq; induſtria Pythagoras per eam ſecretiora naturæ veſtigauerit.

Digitized by Google

XV.

De Semitonio maiore & minore.

XVI.

De Diateſſaron.

XVII.

De Diapente.

XVIII.

De Diapaſon.

XIX.

De Biſdiapaſon.

XX.

De Diapaſon cum Diapente coniuncta.

XXI.

De Diapaſon cum Diateſſaron copulata.

XXIII.

De Speciebus conſonantiarum, & tropis muſicis.

XXIV.

De Dorio ſublimi.

XXV.

De Hypodorio iugato.

XXVI.

De Phrygio ſublimi.

XXVII.

De Hypophrygio iugato.

XXVIII.

De Lydio ſublimi.

XXIX.

De Hypolydio iugato.

XXX.

De Myxolydio ſublimi.

XXXI.

De Hypomyxolydio iugato.

XXXII.

De Phthongis, Diaſtemate & Syſtemate.

XXXIII.

De Modulandi generibus.

XXXIV.

De Cantilenarum ſtructura, & vocum perfectarum atque imperfectarum diuerſitate.

XXXV.

De vocum conſonantiis, earumque cum elementis cognatione.

XXXVI.

Pythagoram ad vniuerſa, ac præſertim ad humanæ naturæ arcana per Muſicam perueniſſe.

IN LIBRO SECVNDO.

I.

Platonem cenſuiſſe, humanum animum, vt cætera, eſſe non ſimplex, ſed compoſitum quid, & ſectum, ac partem vniuerſi.

II.

Errorem antiquorum, qui octauam ſphæram primum mobile exiſtimauerunt, quomodo deprehenderit Ptolomæus.

III.

De polis ſigniferi, eiusque motu trepidante.

IV.

De tribus ſuperioribus planetis, eorumque orbibus, ac motibus.

V.

De Sole, eiuſque orbibus, ac motu.

VI.

De Venere, eiuſque motibus.

VII.

De Mercurio, eiuſque orbibus, ac motibus.

VIII.

De Luna, eiuſque fluxionibus, ac ſemita.

IX.

De animæ humanæ facultatibus, atque inſtrumentis.

X.

De æternitate animæ, eiuſque ſubſtantia, motu, atque inſtrumentis.

XI.

De viſu, eiusque obiecto, ac ratione videndi.

XII.

De Auditu & Sonitu.

XIII.

De Echo.

XIV.

De Olfactu.

XV.

De Guſtu, eiuſque ſubiecto, ac ſaporibus.

XVI.

De Senſu interiore.

XVII.

De parte, qua diſtamus à belluis: & exploditur error Auerrois.

XVIII.

XVIII.

Aduerſus eos, qui animas hominum cum corpore interituras, Ariſtotelem putauiſſe, ſcripſerunt.

XIX.

De naturali, ac iuſto rationis imperio.

IN LIBRO TERTIO.

I.

De Sapientia, atque Prudentia, deq; iis reb. quæ in conſultationem cadunt.

II.

De prouidentia, fato, voluntate, fortuna & caſu.

III.

Quo pacto prudentia fortunæ indigeat afflatu: Et virtutes quaſdam à medio generari, quaſdam rationis ſummitates eſſe.

IV.

De medio in qualibet re conſtituendo: & virtutis medium harmonicum eſſe.

V.

De vera fortitudine.

VI.

De Liberalitate, eiuſque extremis.

VII.

De Temperantia.

VIII.

De Iuſtitia & Iure.

IX.

De Legum deprauatione.

X.

De emendatione legum.

XI.

Vtrum ſibi quis iniuriam inferre poſſit.

XII.

Quid differant inter ſe Temperantia, & Continentia.

IN LIBRO QVARTO.

I.

An affectus, & ratio idem ſint: & vtrum vna pars animæ ſit, quæ alias contineat.

II.

Vnum pluriſariam dici: & rationem atque affectum ob repugnantiam inuicem differre, ac diſſidere.

Digitized by Google

III.

Quomodo perturbetur ratio, & ſenſus quaſi forum ſit, in quo ipſa indicat, & internoſcit.

IV.

Rationem atque affectum idem non eſſe, ex eorum conſenſu, atque alterutrius obſequio probari.

V.

De Sophiſtis.

VI.

Vtrum peccata ſint paria.

VII.

De Ira.

VIII.

Viuere quid.

IX.

Quo pacto ratio de ſuo imperio deturbetur, aut in eo conſiſtat.

X.

Qua ratione affectus non ſint penitus auellendi.

XI.

Quomodo affectus ſint temperandi.

ANDREÆ

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS

DISPVTATIONVM IN LIbellum Plutarchi Cheronai de virtute morali

LIBER PRIMVS.

De operis argumento: & formam, ac materiam virtutum indiuiduam eſſe.

CAP. I.

PLVTARCHVS rei literariæ (vt ipſius indicat nomen) & diues, & princeps, diuitias ſuas literarum ſtudioſis mira quadam ratione diſtribuit. Nam cum tam multa vario ſcribendi genere complexus eſſet, in hoc quidem libello de morali virtute diſputat aduerſus quorundam Stoicorum opiniones, & primum contra Menedemum & Ariſtonem, qui virtutes omnes, præter vnam tantum prudentiam, è medio ſuſtulerunt: deinde vertit ſe in Zenonem, & in ipſum etiam Chryſippum, quem ſuis ipſius rationibus repellit, & confutat. Poſtremo inuehitur contra reliquos Stoicos, qui dixerunt paria eſſe peccata, & affectus non eſſe neceſſarios ad ciendos motus virtutum, ſed omnino expellendos, tanquam animorum morbos, & perturbationes peſtilentes. Complectitur primum Pythagoram: mox Platonem: deinde ſequitur Ariſtotelem. Verum ante quam pugnam ineat, percutit anteſignanum Menedemum, deinde reliquos: Ita enim orditur. *Cũ de ea virtute, quæ moralis exiſtimatur, & dicitur, quæve maxime differt ab intellectuali, & quæ habet affectũ pro materia, & rationẽ pro forma, dicere propoſitum mihi ſit*: Ac ſi dixiſſet: Cũ mihi ſit diſſerendum

Menedemus anteſignanus eorũ, qui virtutem vnam eſſe, dixerunt, primus à Plutarcho proſter-

rendum de virtute morali: neceſſe eſt conſtituere ei aliquid, quod gerat vicem materiæ. Quandoquidem prudentia, quæ ipſam perficit, habetur pro forma; vt ex partium coniunctione concilietur integritas illa, ſine qua neq; ipſa virtus, neque aliquid poteſt eſſe, nec dici. Quippe cum tam diu res ſit, quam diu hæc vnitas conſeruatur: E contrario autem à ſeparatione perimitur: Nam rerum abolitio nihil eſt, niſi ſeparatio formæ à materia. Separauit autem Menedemus Eretrius prudentiam, quæ eſt forma virtutum, à reliquis virtutibus, & ab affectibus, tanquam à materia formam.

...nitur eo argumento, quod prudentia forma ſit virtutum,

qua forma à cæteris virtutibus fruſtra ſeparatur

De materia prima & vniuerſali, eiuſque ad virtutem moralem imagine.

Cap. II.

De materia autem vniuerſali, ac prima non ab re fuerit perſtringere aliquid, vt facilius illa, de qua Plutarchus loquitur, intelligatur. *Hyle* enim appellata eſt à Græcis, à noſtris vero ſylua: de qua non parua, nec contemnenda inter Philoſophos fuit ambiguitas, an eſſet inter ea, quæ nunc entia dicimus, numeranda. Pſellus igitur, non ſpernendus autor, à nemine adhuc latinitate donatus, de hac re ita diſſeruit. Ὕλη, ἐστὶ πρᾶγμα, (οἷον εἰπεῖν) ἄϋλον, αἰσθήσει μὲν ἀθεώρητον, διανοίᾳ δὲ μόνῃ ληπτὸν, χεῖρον πάντων τῶν ὄντων, ἄμορφον, ἀνείδεον, ἀδιατύπωτον, οὐσία ἀνούσιος, καὶ ὕπαρξις ἀνύπαρκτος. ἐὰν ἀφέλῃς τυχὸν ἀπὸ τῶν σωμάτων τὰς ποσότητας, τὰς ποιότητας, τὰς σχέσεις, τὰς ἕξεις, τὰς τροπὰς, τὰς κινήσεις, τὰς ἀλλοιώσεις, τὰς μεταβολὰς, πᾶν ἕτερον ὁτιοῦν τὸ καταλειπόμενον ὕλη ἐστί. Id eſt: *Sylua res eſt quædam*, (ac ſi aliquis dicat) *immaterialis, quæ non poteſt ſenſu, ſed tantum conſideratione, & intelligentia percipi, rerum maxime deſpicabilis, quoniam informis eſt, atque inordinata, eſſentia quæ non eſt, & ſubſtantia quæ non ſubſiſtit. Et ſi daretur, poſſe à corporibus ſeiungi, ſepararique, id quod eſt quantum, aut quale, aut reſpectus, aut habitus, aut regreſſiones, motus ve, aut alterationes, atque permutationes: omne aliud quodcunque remaneret, plane poſſet ſylua appellari.* Plotinus autẽ, *non in eo*, inquit, *quod qualitatem habeat, mala cenſetur, imo ex eo potius, quod nullam habeat qualitatem.* Ergo recte dicetur non qualis, dicetur ſimul & mala. At Proclus in eo, quod extrema entium eſt, & à bonis remota, non bonam eſſe exiſtimauit. Verum in eo, quod ſemper ſe præbet effectioni, in bonis cẽſuit eſſe ponendam. Quare mediam ipſam eſſe, dixit, inter bonum & malum: Item dixit, eam neque animam eſſe, neque intellectum, neque, aliquid aliud, quod ſecundum ſe viuat: rudem quoque, informemque infinitam, & mutabilem, & vere non ens, ſed appetitionem quandam ſubſiſtentiæ: non tamen in ſtatu conſiſtentem, ſed apparentem potius,

Materia an ſit ens, dubitatum eſt:

Sylua, vt Pſellus ait, intellectu tantum percipitur, deſpicabilis eſt, & informis, inordinata, non ens, neq; ſubſiſtens, nulli prædicamentorũ ſubiacens.

Plotinus malam putat, quia non qualis eſt.

Proclus modo bonam, modo non bonam aſſerit,

non viuentem ſecundum ſe, apparentem,

Digitized by Google

potius,& modo quid parui,modo magni,quodque fiat ſemper,& nunquam maneat: præterea mentientem, quia non præſtat quod pollicetur: item fugientem, non in locum, ſed in non ens. Quapropter imagines, quæ in ea apparent, inſunt,quaſi in ſpeculo, in quo, quod alibi ſitum eſt, apparet, & ipſum ſpeculum plenum eſſe videtur, & habere omnia, cum nihil habeat. Plato etiam, à cuius placitis non abiungitur Proclus, materiam ipſam nihil habere entis, exiſtimat; ſed impreſſum quiddam, & imaginem, nutricem, matrem, locum, receptaculum vniuerſum, ſubiectumque. Præterea eſſe deformem, figuratam tamen formis, ſed nullius per ſe formæ qualitatis participem. Ad hæc infinitam, improcreabilem, nulli corruptioni obnoxiam, neque corpoream, neque incorpoream, cum corpus carere ſpecie aliqua non poſſit, & non corpori id, quod corpus habeat, exhibere non detur: iccirco adulterina quadam ratione comprehendi. Succurrunt etiam decreta Pythagoræorum, quæ merito in hanc expoſitionem ſe ingerunt, à quibus non omnino dogma Platonis abhorret. Aiunt enim, Deum monadem eſſe: ſyluam vero dualitatem, interminatam, ingenitam: exornatam tamen, illuſtratamque poſtea ab opifice Deo: quamuis Stoici præfinitam conſtitutamque aſſerant: propterea quod immenſum, infinitumque non poteſt ad ordinem redigi: Pythagoras tamen, hoc eſſe virtute ac potentia Dei. Et illi quidem naturæ mediæ ſyluam eſſe, dixerunt, neque bonam, neque malam. At Pythagoras, cui Plato adſtipulatur, primum, ait, Deum bonum eſſe,& principium bonorum, ſyluam vero malorum. De carentia tamen qualitatis, & formæ propriæ conueniunt omnes. Ariſtoteles autem, cuius munere nunc omnes philoſophantur, materiam aſſerit, eſſe duplicem: alteram videlicet particularem, non omnino informem, vt ſtatuæ æs: generalem alteram, informem, ac penitus rudem, æternamque ſeculis omnibus. Cuius proprium ac peculiare eſt, de potentia in actum transferri: quæ etſi re ipſa non ſeparatur à rebus, tamen definitione, ac ratione ſeparatur, diuerſaque ab illis exiſtimatur, vna tamen numero, quamuis contrariis rebus ſubſternatur, vertaturque nunc in magnam, nunc in paruam (vt ſic dixerim) molem. Vt cum aer efficiatur ex aqua, aut aqua generetur ex aere, eumque maior quantitas habeatur aeris, quam aquæ, ex qua generatur: & è diuerſo, cum ex aqua aer efficiatur, ſequitur, vt nunc magna, nunc parua appareat, non acceſſione aut ſubtractione, ſed tranſmutatione à paruo in magnum: ipſa tamen eadem materia ſemper vna numero permanente, ſed maiores, minoresve dimenſiones ſuapte potentia admittente. Quapropter mendax appellata eſt à nonnullis vetuſtioribus, nec non & lubrica, & inconſtans, quoniam ſemper aliam formam appetit, geſtitque (vt ita dicam) abire

mentientem,
fugientem,
ſpeculo ſimilem.
Plato, eam nihil habere entis, deformem, infinitam.
Pythagorei ſyluam dualitatem eſſe, interminatam.
Stoici imo præfinitam.
Pythagoras malorum principium.
Ariſtoteles duplicem ſtatuit, particularem, generalem.
illa non inuenitur in formis.
hæc definitione ſeparatur à rebus: & dicitur
mendax, lubrica, inconſtans, geſtiens abire in denominationem ſubiecti.

abire in denominationem ſubiecti. Nam appellatione materiæ intelliguntur ea tantummodo, quæ pertinent ad futura, appellatio vero ſubiecti, ad ea videlicet, quæ facta ſunt, pertinet. Lapis enim ea ratione poteſt dici materia vrnæ, qua non dum cœlata, neque abſoluta ſit vrna. Verum ſimulatque vrna formata, atque effecta eſt, non amplius lapis recte poteſt dici materia, ſed ſubiectum. Item ait materiam ipſam mediam eſſe inter id quod vere, & actu ens eſt; & id quod plane, & abſolute ens nō eſt: ea tamen ratione, vt poteſtas illa, qua materia accipit omnes formas, non intelligatur ſubſtantia materiæ, ſed potius ipſi ſubſtantiæ accidens. Nam ſi potentia eſſet ſubſtantia materiæ, vt efficeretur particeps definitionis, ſequeretur, quod materia, quæ appetit formam, vt ab ea perficiatur, appeteret ſui interitum, abolitionemque. Quo quidem nihil poſſet dici abſurdius. Verū ſi ponatur materia, quæ perficiatur à forma, quamuis potentia diſſipetur acceſſione formæ, tamē nihil eſt, quod prohibeat perfectionem materiæ, cum actus formæ non perficiat potentiam, quam propellit, & ſubmouet, ſed perficiat materiam, quam exornat. Quare nodus ille, qui angebat ingenia veterum, explicatus ab Ariſtotele remanet: cuius cauſa non amplius ſpurio (vt olim) ratiocinio, ſed intellectu certo comprehenditur. Secutus igitur Plutarchus huius ſyluæ imaginem: virtutes morales habere, dixit, affectus, quos Stoici reiiciebant, pro hyle, rationem pro forma. Nam quemadmodum res, quæ natura conſtant, ortum habent à materia, & perficiuntur à forma: ita virtutes morales ab affectibus excitantur, & tanquam procreantur: & à ratione recta, hoc eſt, à prudentia, tanquam à forma, perficiuntur.

à quo quid differat.

Potentia non eſt materia ſubſtantia, ſed

diſſipatur acceſſione materia.

Ex quib. Plutarchus ſylua imagine dixet, Morali virtuti affectus eſſe pro materia, rationem pro forma.

De Ideis, & formis quid Platonici, & Peripatetici diſſentiant.

CAP. III.

ELLOS hoc in loco poſuit autor pro forma, quamuis apud Græcos ideam ſæpe ſignificet, frequentius tamen & magis proprie pro forma, & ſpecie ponitur. Illud tamen apud Platonicos receptum eſt, vt quemadmodum forma præſtat, vt quælibet res ſit: ita idea facit, vt quælibet forma ſit. Et ideam quidem duplicem eſſe, dixerunt; alteram vniuerſalem, & eam eſſe ſubſtantiam incorpoream, inſenſibilem, ſine ortu, ſine occaſu, nihil in ſe ipſam attrahentem, nec vſpiam progredientem, cauſamque earum rerum, quæ ex ſe ſimilitudinem mutuantur, intelligibilem tantummodo ratione. Particularem vero alteram, modo quodam ortum interitumque habere, & eſſe ſenſibilem, & etiam opinabilem, conſiſtentemq; loco, recedentem, mutabilemque, cum id quod ei ſubiicitur, hæc ipſa ſuſtineat, & patiatur, vt ſunt illæ

Platonici opinantur, ſicuti res quælibet eſt propter formam, ſic formam eſſe propter ideam. Eam vero duplicem eſſe; Vniuerſalem, Particularē, Illam immortalem, hanc o-

Digitized by Google

illæ formæ, quæ ex arte proficiſcuntur, veluti ſtatua, quæ quamuis in aliciuius effigiem formata ſit; poteſt tamen æs ſtatuæ in alterius idolum demutari, patique à ſtatuario interitum, atque ortum. Nam imago illa, quę prius fuerat effigiata, interit, cum artifex eam transformat in aliam, & alia oritur, dum æs nouam formam acquirit. Quare & loco conſiſtere dicitur, & percipi ſenſoriis inſtrumentis. Dicitur pręterea opinione cognoſci, quoniam ſæpenumero artifex non ab exemplari, ſed à propria mēte ſuum opus abſoluit. Igitur idea primæ conſiderationis erit exemplar æternum eorum, quæ natura ſunt, videlicet intellectiones (vt ita loquar) Dei optimi maximi. At eæ quæ ſecundæ rationis habentur, ideæ etiam nuncupantur, & ab arte proficiſcuntur. Sed vt exemplo apertior res fiat, ponatur quiſpiam velle imaginem alicuius effingere, vtpote imaginem Cæſaris, cuius ſpectrum ipſe artifex penes ſe habeat, vt ipſum intueatur, dum eam effingit. Spectrum illud, à quo imitationem artifex accipit, & nouo operi imponit, idea vocatur. Sed imago noua ab exemplari effigiata, *idos* vel forma dicetur. Ergo idea erit exemplar extra opus, & ante opus; à quo ipſæ aſſumuntur effigies ab artifice. *Idos* vel forma non extra, nec ante opus, ſed in ipſo opere eſt. De idea tamen illa prima perenni atque vniuerſali, quam ideam primæ rationis appellauimus, anceps quidem olim fuit opinio inter duos illos Philoſophiæ antiſtites; & nunc etiam eſt ſatis agitata quæſtio inter illorum ſectatores. Plato enim poſuit ideas, tanquam neceſſarias, in diuina mente: vt ab vna idea cuiuslibet rei res omnes defluerent, & cognoſcerentur; vt intelligamus ab idea hominis omnes homines fieri, & cognoſci, & ab idea equi omnes equos. Argumenta autem, quibus ſe tuentur Platonici, fere in hunc modum ſe habent. Si Deus eſt mens, ſiue intelligentia, notiones, & (vt ſic dixerim) intellectiones illi adeſſe cōuenit. Quod ſi hoc quidem eſt, & ideas eſſe neceſſe eſt. Rurſus, ſi intellectus pulcherrimus eſt, pulcherrimum quoque ei intelligibile ſubiici, conſentaneum eſt; nihil enim illo pulchrius. Quare ſe ipſum, & notiones ſuas intelligit. Hæc igitur notio, atque (vt hodie loquimur) operatio, idea eſt. Item ſi materia prima ſua ratione, cum infinita ſit, ſine menſura eſt, ab eminentiori ſine aliqua materia menſuras habere oportet. Quod ſi antecedens verum eſt: verum etiam erit & conſequens. Igitur ideæ erunt menſurę quædam ſine aliqua mixtione materiæ. Præterea, ſi mundus non temere, neque à caſu, ſed ab aliquo factus eſt, & neque id ſolum, ſed ad aliquid. Quod ſi hoc eſt, quid nam aliud erit ad quod factus eſt, niſi idea? Erūt igitur ideę. Ariſtoteles tamen, & qui eum ſecuti ſunt, mundum, negant, factum eſſe; ideaſque penitus abigunt, tanquam monſtra, & non neceſſaria naturæ. Nihil enim, aiunt, ab agente aliquo effici, niſi compoſitum ex materia, & forma, non quidem ab idea, ſed ab agente verſante materiam in-

riri, & interire.

Illa Dei propria, & ſimplex: hæc artificum, & variabilis.

Vtraque eorum quid.

Plato ideas in mente diuina, vt neceſſarias, collocauit: quibus argumentis.

Peripatetici autem ideas nugamenta eſſe putant: quibus argumentis.

ertem: vt de materia formam, quæ in ea inerat poteſtate, in actum educeret ſibi ſimilem. Cum ſemper à ſimili ſimilis generetur & fiat, & ab vno vnus, vt ab vno homine homo, & ab vno equo equus, non quidem ab vniuerſali ſubſtantia, idea ſcilicet hominis, aut equi, omnes homines, aut omnes equi proueniant: ſed potius illud concretum, integrumque ab agente educitur, quod eſt conſtitutum ex forma atque materia. Huic quidem ſententiæ Poetarum maximus Latinorum Maro videtur inhærere, cum ait:

Ad quos inclinat Maro.

——quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis.

Quod nihil aliud innuit, niſi formam ignis in ſilice poteſtate latere, poſtea in actum educi, non ab extrinſeca idea procreari.

De Eſſentia & Subſtantia.

Cap. IV.

Hinc Plutarchus ad reliqua pergens, docet, Quam eſſentiam, ſiue quam ſubſtantiam habeat ipſa virtus, & quonam pacto ſubſiſtat. οὐσίαν apud Græcos ſæpenumero eſſentiam, nonnunquam etiam ſubſtantiam ſignificat. Nos vero ſubſtantiam potius vertimus, quam eſſentiam, quoniam ſequitur, quonam pacto ſubſiſtat. Eſt enim ſubſtantia, quæ proprie per ſe ſubſiſtit, nullis adminiculis innixa. De eſſentia vero non erit ab re paucula quædam ſubnectere, vt obſcuritas, quæ forte in hanc interpretationem ſe ingerit, illuſtretur. Eſſentia enim ab ente deducitur, & ens per ſe biuio diſtrahitur. Primo quidem modo diuiditur per ſimplices voces illas, quas Græci κατηγορίας appellant, nos prædicamenta nuncupamus. Secundo vero modo dicitur id, de quo affirmatiua propoſitio proferri poteſt: quamuis nihil reipſa ponat: vt cæcitas eſt in oculo, & tamen nihil aliud eſt, niſi viſus carentia. Eſſentia enim non ab hoc, quod priuationes, negationesque amplectitur: ſed à primo illo, in quo per ſe, & reipſa ineſt veritas, recte deducitur. Dicitur quidem ens primę rationis per decem genera ſubdiuidi, cum oporteat eſſentiam, quæ ab ipſo deducitur, commune aliquid naturis omnibus oſtendere, per quas diuerſa entia in diuerſis generibus, ſpeciebusq; collocantur, vt humanitas eſſentia hominis appellatur etiam à nonnullis natura, quoniam ens abſolute, & magis proprie de ſubſtantiis, quam de accidentibus prædicatur, Ariſtotele ipſo atteſtante in prima Philoſophia, *omnem ſubſtantiam eſſe naturam.* Quare vere ac proprie eſſentia erit in ipſis ſubſtantiis, verum in accidentibus non proprie, ſed

Subſtantia quid.
quomodo differat ab eſſentia.

Omne ens quaſi biuio diſtrahitur.

Ens primæ rationis per prædicamenta diuiditur.

Eſſentia proprie eſt in ſubſtantiis quam in aliis

Digitized by Google

Principes, aliæ

Secundæ.

ſed modo quodam. Subſtantiarum igitur aliæ principes ſunt, aliæ proximum locum obtinent: principes, vt Socrates, Callias, & indiuidua: ſecundæ, vt animal, homo, & quę poſſunt vt genera dici. Omnibus tamen, & maxime proprium ineſt, vt in ſubiecto non ſint. Verum primę neque in ſubiecto ſunt, neque de ſubiecto aliquo dicuntur. Secundæ vero in ſubiecto non ſunt, ſed de ſubiecto aliquo prædicantur, vt animal de homine & equo, & homo de Bione, & Crate. Diuiduntur etiam duplici modo ſubſtantiæ: vno quidem modo dicuntur ſubſtantiæ naturales, quæ ſenſibus percipiuntur, & hæ quidem ſecantur bifariam. Nam aliæ intereunt, vt plantæ & animalia: aliæ ſunt perennes, vt cœlum, & cœleſtia corpora. Altero aũt modo intelliguntur ſeparatæ ſubſtantiæ, quæ mouent orbes, & æternæ, & immortales ſunt, nec ſenſu, ſed ratione percipiuntur. Compoſitum etiam de cœleſti ſubſtantia ex duabus naturis ab Ariſtotele declaratum eſt. Differt tamen in hoc à corporibus, quæ oriuntur & occidunt, quoniam corpora quæ generantur, & aboleutur, materiam habent, & formam in ſubſtantia ſui, quæ quidem materia peruia eſt ad generationem & corruptionem. Nam in tranſmutatione formarum ab vna forma in aliam materia primum innotuit: forma vero in cognitionem deuenit operatione tantummodo. Corpora autem cœleſtia & motum delationis habent: & motorem: componunturque ex agente motum, atque admittente. Eſt enim proloquium Ariſtotelis, id, quod mouetur, ab alio moueri: & id quod per ſe mouetur, diuidi in quod eſt per ſe mouens, & per ſe motum. Vnde compoſitum omnino cœlum eſſe videtur ex duabus naturis, videlicet aut ex moto & motore, aut ex per ſe mouente, & per ſe moto. Illud tamen non omittendum, quod mouens dicitur actu mouens, id vero, quod motum eſt, dicitur potentia. Comparatur ergo id, quod motum eſt, materiæ, quà potentia, formæ vero mouens in eo, quod actu. Eſt etiam quæſitum, non quidem inter minutos, ſed inter ſummos Philoſophos, an cœlum ſit animatum. Platonici quidem vniuerſum mundum animal intellectu præditum ſine aliqua dubitatione affirmant. At Peripatetici innuunt tantum, vt Alexander Aphrodiſeus Ariſtotelis ſimia. Τὸ γὰρ, ait, ἄριστον τῶν σωμάτων ἔμψυχον, ἄμεινον γὰρ σῶμα τὸ ἔμψυχον τοῦ ἀψύχου. τὸ δὲ κυκλοφορητικὸν σῶμα ἄριστον ὡς τὸ ἔμψυχον. Nam ſi ſenſus verborum exquiritur, hoc oſtendit: *Corporum omnium id, quod optimum eſt, animatum eſt, quoniam præſtantius eſt non animato, & corpus quod torquetur in orbem, reliquis præſtat: Erit igitur cælum animatum.* Ipſe etiam Ariſtoteles in topicis ita inquit: *Animalium aliud mortale, aliud immortale: immortalia vero animalia cæleſtes tantummodo orbes ſunt.* Et in libro de cœlo, *Loquimur*, inquit, *de ſtellis, tanquam de corporib. viuis.* Et Arabs Philoſ. *in libro de orbium ſubſtan-*

Item aliæ Naturales, & hæ aut pereũt, aut perennes ſunt: aliæ Separatæ, orbium motrices: vnde

Cœleſtia duabus naturis compoſita videntur, motore, & illo, quod mouetur.

Propterea merito quæſitum eſt, An cœlum ſit animatum, & Platonici quidem aiunt, Peripatetici vero opinionẽ hanc modo-rantur.

ſubſtantia: *Animal*, inquit, *cæleſte prius eſt, quam animal, quod hic eſt.* Verum ij, qui hæc accuratius exquirere enixi ſunt, animatum cœlum ea lege, ac ratione putant, exiſtimari debere, vt aſſumatur aggregatum quoddam ex cœlo, & ſubſtantia illa ſeparata quæ mouet, quam intelligentiam nuncupant. Nam ſi omnino abſoluteque pro ipſo corpore cœleſti accipiatur, animatum non eſſe, exiſtimant, cum intelligentia non idem efficiatur ſecundum eſſentiam. De numero autem ſubſtantiarum ſeparatarum, Ariſtoteles illud tantummodo conſtanter affirmat, eſſe ſubſtantiam principem, cuius cauſa reliquæ omnes ſubſtantiæ mouent orbes, vt ipſam primam ſubſtantiam imitentur: & hanc eſſe immobilem, ne motus in infinitum procedat. Reliquas vero quāmuis quinquaginta quinque ſubſtantias, vel quadraginta ſeptem aſſerat: non tamen affirmat, ſed ſequitur opinionem Eudoxi, & aliorum, qui temporibus illis ſummi in Aſtronomia habebantur, & hoc aſſerit eſſe munus Aſtrologi. Nam ad primum Philoſophum illud tantummodo pertinet, vt oſtendat, tot eſſe ſubſtantias, quot ſunt orbes; cum natura nihil incaſſum, nihil temere, aut fruſtra moliatur. Iccirco Ariſtoteles, qui nunquam in aliena ſubſellia tranſire eſt ſolitus, reiecit hoc munus veſtigandum Aſtrologis, vtpote qui de cœleſtibus orbibus ſatagunt. Satis enim ipſi fuit, primum motorem aſſerere immobilem, infatigabilem, æternum, & principem, cuius gratia ſubſtantiæ reliquæ ſeparatæ, vt ipſi complaceant, mouent.

& naturam, numerumque ſubſtantiarū ſeparatarum determinant:

primum motorē aſſerunt.

De parte animæ, quæ virtutes admittit, & virtutum diſcrepantia.

Cap. V.

POllicetur ſe deinde diſſerturum Plutarchus de parte animæ, quæ virtutes admittit: vtrum propria ratione regatur, an alienæ rationis ſit particeps. Hoc autem ideo dixit, quoniam ea pars animæ, quæ virtutes admittit, duplici modo conſideratur: vno quidem, vt ſit compos rationis per eſſentiam ſui: alio vero modo per applicationem, obtemperādo ſcilicet rationi. Nam pluriſariam diuiditur poteſtas animæ: alia eſt impos penitus rationis, vt ea, qua animans vegetatur, & alitur: alia compos, vt ea, quam nuncupant ſenſibilem. Rurſus ſecatur ipſa etiam ratio in partem actiuam: & in eam, qua aliquid ſpeculatur. Actiua eſt, quæ virtutes morales admittit: ſpeculatrix vero, quæ intellectionem. De his etiam ambabus quid ſentiendum ſit, expediturum ſe in ſequentibus, idē autor promittit, cum dicit: *Illud non reor ambiguum, virtutem eſſe poſſe, quæ permaneat ab omni materia, ac mixtione ſeiuncta.* Hoc dicit de ea virtute, quæ in rerum diuinarum, humanarumq; contemplatione conſiſtit

Anima virtutis capax dupliciter conſideratur: aut Compos rationis per ſe: aut Particeps tantum rationis. Ratio vero ipſa ſecatur in partes, Actiuam, Speculatiuā:

vnde virtutes prodeunt: alia

quæ

quæ non eget mixtione materiæ. Nam virtutes, quæ à conſuetudine oriuntur, à qua morales appellatæ ſunt, & cum ipſa ratione, tanquam cum re aliqua meliore, miſcentur, & ab ipſa, veluti qui præfecturam aut magiſtratum gerunt, videntur eſſe participes poteſtatis, quam habent illi, à quibus præfecturam aut magiſtratum accipiunt. Pergit poſtea enarrare ſententias Stoicorum, vt clariora, & apertiora fiant ea, quæ ab ipſo dicentur. Itaque Menedemus Eretrius & multitudinem, & differentias virtutum omnium abiecit, & ſuſtulit: vnam tantum & quidem vniuocam aſſeruit, quæ diuerſo nomine in vna definitione intelligitur: non aliter quam ſi aliquis duplici vocabulo, idem ſignificante, hominem appellet. Nam temperantiam, fortitudinem, & iuſtitiam vnã tantum rem eſſe, dixit, quæ diuerſis nominibus appellaretur. Huic accedit Ariſtonis opinio, qui virtutem vnam tantum aſſeruit eſſe ſubſtantia, & eam dixit appellari debere ſanitatem, relatione vero multas & differentes.

Ab omni mixtione materiæ ſeiunſta, vt quæ de rebus diuinis, alia Miſcentur affectibus, & ratione, vt quæ à conſuetudine oriuntur.

Menedemus autem vniuocam virtutem aſſeruit.

Ariſto vnam ſubſtantia, relatione multas.

De Relatione, eiusque intelligentia, atque vſu multiplici: Item quo pacto Ariſto Philoſophus virtutem ſubſtantia vnam, relatione multas cenſuerit.

Cap. VI.

QVod autem nunc reſpectum Dialectici nuncupant, ἀναφορὰν ſiue ἀναφορικὸν, hoc eſt, relationem, aut relatiuum appellabat antiquitas. Plato poſtea, vtpote proprietatum retinentiſſimus, vtrumque hoc vocabulum non communi libra appendens, non ſolum inuenit, ea non vndequaque conſtare, ſed eſſe defecta, atque etiam manca, cum relatio ipſa præ ſe ferat comparationem quandam animo tantum conceptam, non omnino abſolutam, neque ad functionem vſque perductam: quoniam huiuſcemodi genera, quæ ſunt in abſtracto ſignificata, non poſſunt prorſus prædicabilia nuncupari, cum eſſentias tantum ſimplices, non totius compoſiti formas, denuntient. Relatiuum vero poteſtatem tantum referendi ſignificat, non actum, neque omnino perfectionem. Iccirco Plato animaduertens, ambo hæc nomina omnino deficere, conſtituit ipſum reſpectum debere nuncupari πρός τι: quod perinde eſt, ac ſi quis dicat ad aliquid, quod quidem non potentiam tantum, aut rem inchoatam, conceptamque ſignificet; ſed perfectionem oſtendat, & ad ipſum actum abſolute deductam. Itaque cum relatio ſit inter fundamentum, in quo reſidet, & terminum, ad quem reſpectus ipſe refertur, veluti inter patrem, & filium, & inter dominum, & ſeruum: neceſſe eſt, vt in vno fundetur, vnde ſoluat, & ad alium, quo pergat, referatur Quare cum

Plato.

Reſpectum, ſiue relationem Plato maluit ad aliquid appellare.

Quod vocabulum approbauit Ariſtoteles.

Eius deſcriptio.

dicitur ad aliquid, vtrunque affirmat. Ad enim reſpectum oſtendit: Aliquid vero terminum, ad quem refertur. Iccirco Ariſtoteles Platonis definitionem deſcribens ait: *Ad aliquid dicuntur quæcunque id, quod ſunt, aliorum eſſe dicuntur: vel quomodolibet aliter ad aliud, vt filius patris filius, & ſeruus domini ſeruus.* Reſiſtunt tamen nonnulli, aſſerentes, dictionem ad aliquid, non oſtendere id, quod comparatur, neque rationem aliquam collationis: quibus facile reſpondetur, ea, quæ ad formam pertinent, ſatis denominari, cum non oporteat aliquid denominari per materiam. Non enim dicimus, lignum eſt, aut ferrum, cum ſcamnum denominare volumus, aut enſem, ſed eorum formam denominamus. Ingerit ſeſe huic loco conſideratio quædam fortaſſe non futilis, quod non ab re Plato appoſuit duo alia ex eo genere relatiuorum, quæ videntur ad Grammaticum pertinere: ſcilicet talia, & quæcunque, quorum alterum quidem ſubſtantiæ eſt, accidentis vero alterum. In cauſa autem eſt, quod reſpectus fundatur in accidente, quamuis aliquando in ſubſtantia fundari videatur: tamen tunc non gerit vices ſubſtantiæ, ſed potius accidentis in eo, quod reſpectui ſubſternitur. Præterea dicitur alicuius, vt filius, & alicui vt vicinus; & reſpondent ſibi mutuo per eoſdem caſus ſicut filius patris filius eſt, & pater filii pater eſt, & vicinus vicino vicinus eſt. Sunt & alia, quæ quamuis replicatione vicaria conuertantur, caſum tamen in conuerſione commutant, vt ſcientia ſcibilis rei eſt: non tamen res ſcibilis ſcientia eſt, ſed ſcibilis res ſcientia. Adde quoniam id, quod maxime proprium, peculiareque relatiuorum eſt, vt ad aliud referantur quadam caſuum flexione, vt de patre & filio diximus: nam pater dicitur filii pater, & filius patris filius, conſimili modo dominus ſerui dominus, & ſeruus domini ſeruus. Hæc autem, & his ſimilia ſola caſuum flexione inuicem ſine aliquo additamento referuntur: quædam præpoſitione vel aliquo alio, quod æque polleat, ſicuti eſt, cum dicimus magnum conferri ad paruum: è diuerſo paruum ad magnum adhibita præpoſitione Ad. Eſt præterea & alia diſtinctio in iis, quæ caſuum flexione, alia quæ ex vna parte enunciatione conformi appoſita præpoſitione referuntur, vt duplum ad ſimplum, & (vt dictum eſt) magnum ad paruum: alia vero flexione caſuum vice referuntur mutua, non tamen enunciatione conformi, ſed diſpari potius, vt ſcientia ſcibilis eſt ſcientia; at ſi ſcibile conuertatur ad ſcientiam, non dicetur ſcientia in caſu generandi; ſed ſcientia ſcibile. Quare licet conuerſio hæc efficiatur flexione caſuum, non tamen eandem (vt diximus) ſeruat formam.

Plato alia duo ex genere relatiuorum adiunxit Talia, & Quæcunque

Relatiua diuerſis caſuum flexionibus mutuo ſibi reſpondent.

Illud quoque non reticendum, quod ea, quæ conuertuntur flexione caſuum, ſiue conformi, ſiue diſpari enunciatione ex vtraque parte,

parte, quædam conuertuntur in caſu generandi, quædam in aliis caſibus, vt maius minore maius, & minus maiore minus, in recto tamen non conuertuntur, quoniam rectus ad rectum diuerſitatem non parit, illam dico diuerſitatem, quam ſemper relatiua apponunt, & exigunt. congruit tamen conuerſio recti cum obliquo: aliter enim diſſentanea eſſet aſſertio, immo etiam falſa ſic prolata: pater eſt filius, & ſcientia eſt ſcibile. Quippe cum nullam afferret diuerſitatem, ſed prorſus idem: diuerſitate enim gaudet relatiua conuerſio. Quapropter appoſite Platoprius, deinde Ariſtoteles poſuerunt dictionem illam, videlicet, Quomodolibet, aliter ad aliud ſcilicet referuntur. Item & alia, quæ ſimul eſſe dicuntur, & conuertuntur mutuo: ſi tamen res altera neque cauſa neque principium ſit alterius, vt ſeruus, & dominus, filius & pater, duplum & dimidium: quæ quidem ſimul atque illata ſunt, inferunt alia, ſublata vero auferunt. Nam quotieſcunque patrem dixero, filium quoque neceſſe eſt intelligi: è diuerſo vero, ſi filium, neceſſario pater intelligetur. Ita etiam ſi alterum ſuſtulero, ambo perimentur: ea tamen lege, vt relatiua ipſa reſpectus denuntient, non autem ea, quæ ipſis ſubſternuntur. Etenim ſi Priamus habuit filium Hectorem, non dicimus, Priamum non fuiſſe cauſam, vt Hector eſſet: ſed dicimus, Priamum patrem non fuiſſe cauſam, vt Hector filius eſſet, quippe cum pro Hectore intelligatur propria quędam & abſoluta ſubſtantia ſine aliqua relatione. Secus autem ſi dixero, patrem aut filium, ſiquidem hæc ſimul ſunt, ſimulque oriuntur & abolentur. Rurſus alia ſunt, quæ quamuis non poſſint vere dici relatiua, relatiuis tamen comparantur. Sunt enim priora natura, & non ſimul intercunt, vt res noſcibilis natura prior eſt, quam notio: ſed ſi auferantur ea, quæ noſcibilia ſunt, notio non erit. Tamen poteſt auferri notio ipſa, & eſſe aliquid, (vt ita loquar) noſcibile, quamuis non ſit ille, qui nouit. Neque etiam omnino nos moueat id, quod paulo ante diximus, reperiri quædam relatiua, quæ & vnum ante alterum, & alterum ſine altero eſſe poſſint. Hoc ea lege aſſeruimus, vt intelligatur capi relatiua pro his, quæ ſubſternuntur relatiuis: ſin autem accipiantur ſecundum ſe, ſecluſo quocunque alio, tunc neque vnum ſine altero, neque vnum ante alterum reperietur: plurifariam enim dicuntur, quæ ſunt ad aliquid. Nam quędam habent inter ſe reſpectum ab ipſa natura, vt pater ad filium: quędam vero temere & vice fortuita, vt ad ſeruum dominus: nonnulla arte, vt ad diſcipulum Doctor: alia voluntate & electione, vt ad amicum amicus: item alia: vt duplum ad dimidium, & magnum ad paruum: & item alia, quæ his comparantur. Attamen in his, quę diximus, nemo eſt, qui ambigat ſubſtantiam vnius extremi, vt patris, domini, & præceptoris,

Ad aliquid plurifariam dicitur.

Quædam ex relatiuis ponũt ſe inuicem, quædam ſine altero eſſe poſſunt.

Digitized by Google

ptotis, prius eſſe ſubſtantia alterius extremi: nec tamen aliquid eorum poteſt eſſe prius, aut poſterius altero, vel alterum ſine altero, ſi mutuo ſibi reſponderint. Nam ſi recte relatiua denominantur, vt comitentur actu, quæ in actu ſunt, & habitu, quæ in habitu, & potentia, quæ in potentia, veluti ſcibile, quod eſt potentia, refertur ad id, quod neceſſario ſcitiuum appellabimus: non ad ſcientiam, quæ eſt actu, & ſenſibile non ad ſenſum, ſed ad id, quod hodie ſenſitiuum appellant: è diuerſo ſcientia, quæ actu eſt, non refertut ad ſcibile, ſed ad ſcitum, atque ita deinceps: vt comparatio referatur fere: deſigneturque potentia potentiæ, actus actui, habitus vero habitui; nunquam alterum prius altero: neque alterum ſine altero eſſe, ſed ſimul conſiſtere, ſimulque oriri, ſimul etiam aboleri dicetur. Eſt præterea animaduertendum, etſi quædam relatiua videantur habere contraria: non tamen hoc prouenire, quia dicuntur ad aliquid, ſed potius ex admiſtione alterius prædicamenti, contrarium admittentis, vt virtus & vitium, diſciplina & ignorantia, quæ ſunt in prædicamento qualitatis. Admittit enim qualitas, & affigit in anima bonum & malum: reſpectus autem in eo, quod refertur, & refert, neque admittit, neque omnino patitur contraria: neque ſi ei admiſceatur res alterius prædicamenti, quod non admittat contrarium, vt duplum ad ſimplum, quæ ſunt in prædicamento quantitatis. Quantitas enim non patitur contraria. Quare neque relatiua abſolute, neque iugata, niſi cum eo genere, quod admittat contrarium, contraria ſuſtinent: neque etiam ſi admittat magis & minus, vt hic magis amicus illo eſt, non congruit tamen dicere, hoc magis duplum illo eſt: quoniam ſi fuerit magis duplum, non erit vtique duplum. Eſt & illud obſeruatione digniſſimum: Quæcunque contraria ſunt, opponi mutuo: quæ vero oppoſita, non omnia eſſe contraria: nam magnum opponitur paruo, ſed ita opponitur, vt paruum ad hoc magnum cui opponitur, paruum ſit: contrarium vero ita opponitur, vt non ſit eius, cui opponitur, ſed potius referatur. Habent præterea nonnulla contraria medium: quędam vero non habent, vt in quibus neceſſe ſit, alterum eorum ineſſe ſubiecto, vt in numero pari & impari: quilibet enim numerus aut par, aut impar eſt: atrum vero, & album, quamuis inter ſe contraria ſint, non tamen quodlibet corpus neceſſario atrum, aut album eſt; nam & venetum, & rubrum, atque alio colore fucatum eſſe poteſt. Ingerit ſeſe huic loco ambiguitas non ſpernenda, an ſubſtantiæ dicantur ad aliquid? quæ ſi dicantur, in accidentium numero ponentur, quo nihil dici poſſet abſurdius. Etenim ſi ſubſtantia in ſubiecto non eſt, accidens autem ſemper in ſubiecto eſt, ſequitur, vt idem in ſubiecto ſit & non ſit. Quare dicendum eſt, ſub-

Non admittunt contrarium.

Contraria & oppoſita quid differant.

Contraria medio carent alia, alia habēt.

An ſubſtantia dicantur ad aliquid.

ſtan-

Digitized by Google

ſtantiam nullo pacto dici ad aliquid, cum primæ ſubſtantiæ relationem habere non poſſint: quoniam Socrates non dicitur eſſe alicuius aliquis Socrates: ſed neque ſecundæ, non enim homo alicuius aliquis homo eſſe dicetur. At dicet quiſpiam: animal eſt ſecunda ſubſtantia, & dici poteſt animal alicuius, vt equus alicuius equitis. Reſpondetur, illud eſſe alicuius equitis, non intelligi, tanquam animal, ſed tanquam rem, quæ poſſidetur. Non enim dicimus animal alicuius animal, ſed alicuius animalis poſſeſſio. Accedit etiam alia dubitatio, quam Ariſtoteles ipſe propoſuit, an aliquæ ex ſecundis ſubſtantiis referantur ad aliquid? cum partes ſecundarum ſubſtantiarum aliorum eſſe perhibeantur, vt caput alicuius caput. Quapropter ſi prima definitio valida eſt, non facile reſiſtemus, (vt ipſe Ariſtoteles air) quin omnino ad fatendum ducamur, aut partes aliquarum ſubſtantiarum accidentes eſſe, aut aliquas ſubſtantias conſtare ex accidentibus: quod quidem non modo eſſet loqui diſſentanea: verum etiam inter ſe pugnantia: At ſi recurrimus ad ipſum Ariſtotelem, tanquam ad ſacram anchoram, conferimusque ipſius verba cum ipſius ſatis conſiderata ſententia, inueniemus ex propria definitione explicatum nodum: ita enim ait: *Si autem exacte eorum, quæ ſunt ad aliquid, definitio aſſignata eſt: aut nimis difficile, aut impoſſibile eſt ſoluere. Quoniam nulla ſubſtantia eorum, quæ ſunt ad aliquid, dicitur. Sin autem non exacte, ſed ſunt ad aliquid, quorum eſſe eſt ad aliquid aliquo modo ſe habere, fortaſſe aliquid contra hæc dicetur.* Quod nihil aliud innuit, cum dicit, Quibus hoc ipſum eſſe eſt ad aliquid quodammodo ſe habere, niſi quod ea vere ſunt ad aliquid, quorum eſſentia eſt ad aliquid aliud, vt re ipſa ad aliud referatur: non autem vt dicatur, neque ab alio eſſentiam mutuetur. Quam quidem definitionem ſi recte ac penſiculate perpendimus, inueniemus non modo nodum, quem ſupra diximus, explicatum: verum etiam ſuperiores difficultates. Nam ea, quæ appoſite & vere ſunt relatiua, quorum eſſentia ad aliud aliquid referuntur, non poſſunt pati contraria, neque id, quod redundat & deficit. Quæ vero ab alio eſſentiam mutuantur, veluti adulterina quadam ratione, relatiua potius dicuntur, quam re ipſa ſint, & contrarium atque etiam id, quod eſt parum aut nimium manifeſte admittunt. Quippe cum non congruat in eo, quod relatiua ſunt, admittere talia, quæ non omnibus relatiuis conueniant: quin potius exactius conſiderata, longeque melior Ariſtotelis definitio eſt, quam ea, quam attulit Plato, quoniam quamplurimas ambiguitates deuitat. Nam etſi vterque in multitudinis numero definierit, vt plane arguat huiuſcemodi relatiuorum genus non proferri ſingulariter, ſed dupliciter potius, cum ipſa relatio expetat fundamentum & terminum, & non ſit ex eorum genere, quæ abſolute dicuntur, ſed ex illorum genere

An ſecundæ ſubſtantiæ.

Ariſtoteles diſputauit, an aliquæ ex ſecundis ſubſtantiis referantur ad aliquid.

Cuiuſmodi relatiua contrarium admittant, renuantve.

Ariſtoteles clarius, quam Plato relatiuorum naturam tradidit.

Digitized by Google

potius, quæ dicuntur aſſociata. Clarius autem Ariſtoteles naturam relationis explicuit, definiens, *ad aliquid eſſe ea, quæ ſunt*, quam Plato definiens, *ad aliquid dicuntur*: niſi forte exiſtimemus Platonem innuere voluiſſe, relationis eſſentiam conſiſtere potius in eo, quod refertur & dicitur; quam in eo, quod eſt. Idem etiam ſentit hoc exponens Arabs interpres:, *Non poſſe*, inquit, *vere dici relatiua ea, quæ cognoſcuntur aliter, quam per ea, quæ viciſſim ac mutuo ſibi reſpondent.* Quamuis enim in ſubſtantia poſſit intelligi relatio, improprie tamen ac non vere exiſtimabitur. Siquidem caput & manus rectius poſſunt intelligi, amota quacunque relatione. Nam quis eſt adeo ſtupidus, vt non intelligat ſine aliqua relatione, quid ſit caput & manus? Præterea non recte conuertitur caput ad animal, vt diuus Thomas aſſeruit: quamuis enim appoſite videatur dici caput animalis: non tamen appoſite dicetur animal capitis: non erit ergo pars illa relatio. At nos (ne plus quam par eſt Dialecticis implicemur) illud adiiciemus: quod quamuis videatur poſſe conuerti albiſpicium ac nigriſpicium, perinde ac conuertitur habitus & diſpoſitio, (ſic enim à recentioribus dicuntur) nam dicimus, habitum eſſe rei habilis habitum: & diſpoſitionem diſpoſitæ rei diſpoſitionem: ita dicetur albiſpicium & nigriſpicium inſpectibilis albæ & nigræ rei inſpectio. Tamen quia autor non poſuit abſolute πρός τι, ſed πρός τί πως, (quod noſtri interpretantur, modo quodam ad aliquid) videtur non debere accipi pro relatione vera, ſed potius pro applicatione, vt intelligamus Ariſtotenem dixiſſe virtutem ſua quidem eſſentia vnam eſſe, applicatione tamen multas & differentes. Vt enim videndi poteſtas, quæ re ipſa vna eſt, dum applicatur ad videndum ea, quæ alba ſunt, albiſpicium dicitur, quę vero nigra, nigriſpicium. Ita virtus ipſius intellectus: quæ ratiocinatio dicitur, etſi ſua quidem eſſentia vna eſt: tamen, dum applicatur ad ſcrutandum ea, quę agenda aut non agenda ſunt, prudentia nuncupatur, dum vero moderatur, & ad mediocritatem dirigit appetitum, temperantia: dum res commutat, & in ſocietatibus fidem præſtat, ſeruatque cum cæteris pacta atque conuenta, iuſtitia: non aliter quam enſis, qui vnus quidem eſt, tamen alias aliud diuidit. Ita etiam ignis, qui quamuis vnus natura ſit, tamen circa materias differentes non vnus. Zeno præterea Cittieus huic videtur ſententiæ aſſentiri: definiuit enim prudentiam, eſſe in diſtribuendis iuſtitiam: in amputandis temperantiam: in tolerandis fortitudinem. Quam recte vero definierit Zeno, facile demonſtrabitur, ſi, quid ſit definitio, & quonam pacto fieri oporteat, aperiemus.

In ſubſtantia improprie intelligitur relatio, quæ potius applicatio dicitur.

Sic Ariſto virtutem eſſentia vnam, ſed applicatione plurimas dixit, vt exemplis videre eſt.

Cui ſententiæ adſtipulatur Zeno.

De defi-

De definitionis regula, à qua Zeno in prudentia definienda aberrauit.

CAP. VII.

EST enim definitio *oratio quædam*, vt ait Cicero, *quæ id quod definitur, explicat, quid ſit.* Ariſtoteles autem, *definitio eſt*, inquit, *quæ conſtat ex genere & differentiis.* Idem: *definitio eſt oratio, quæ quod, quid erat, eſſe, ſignificat*: hoc eſt, eſſentiam rei. Definitionum aliæ Rhetorum ſunt: aliæ Philoſophorum. Rhetorum quidem ſunt, quæ per collectionem, non quid ſit, oſtendunt. At ſi in cauſa ſtatus eſt definitio, tunc oratores à vera definitione diſcedere non debent: ſed ſimilitudine potius id, quod eſt aliud, oratione concludunt, vt ſi quis roget, quid ſit accipere? certe nihil aliud reſpondebitur, niſi propria manu aliquid ſumere. Et tamen Cicero in Verrem definiuit, cum accepiſſe pecunias, cuius cohors pecunias acceperit. Ita enim inquit: *Cohors tota illa tua, quæ plus mali Siciliæ dedit, quam ſi centum cohortes fugitiuorum fuiſſent, tua manus ſine controuerſia fuit.* Philoſophorum vero contra: nam ſimile ac probabile excludunt penitus à definitione, cum ſubſtantiam rei, quam definiunt, nitantur oſtendere. Quapropter nullam putant definitionem integram, niſi eam, quam Græci nuncupant οὐσιώδη, nos autem ſubſtantialem, vt cum definire hominem quærimus, genus adiicimus; cuiuſmodi eſt cum dicimus animal, & annectimus reliqua: nam ſubſtantiam hominis declarauimus, cum diximus animal. Deinde ſi ſubiungimus affinia, remouendo communia, vt tamdiu differentias interponamus, quamdiu ad proprium eius, de quo quæritur, expreſſa quadam ſignificatione veniamus. Et ſic ſubſtantialis, propria, integra, & à nonnullis Philoſophis probata definitio dicetur: vt homo eſt animal rationis compos, morti obnoxium, terrenum, bipes, riſus capax. Etenim cum animal diximus, ſubſtantiam hominis expoſuimus: quippe cum omne genus ſpeciei ſuæ ſubſtantialis declaratio ſit. Adiecimus aliam ſpeciem, cum animal amplius quam hominem ſignet. Iccirco terrenum adiunximus, vt aereum, aqueumq; excluderemus. Bipedē diximus, propter bruta, quæ plurib. pedib. gradiuntur. Item rationale, vt excluderentur rationis expertia. Mortale: ne cœlites includerentur. Capacē vero riſus in poſtrema parte, tanq̃ maxime proprium, quoniā ſolius hominis eſt ridere. Ideo vndequaq; perfecta definitio fuit, quia excluſis reliquis, q̃ conuenire poterāt proprietati eius, de quo quærebatur, peruenit oratio. Illud tamē non omittendū, quālibet definitionem in vitium trahi, niſi ſuo definito parte altera reſpondeat, quale eſt, ſi dicas: homo eſt ſubſtantia ſenſibilis animata, quamuis hominē oſtendas,

Definitionis definitio ex Cic. & Ariſt.

Definitionum autem aliæ Rhetoricæ, vt ſi quis dixerit,

Cohortem eſſe Principis manum.

Philoſophica alia,

quæ genere & differentia potiſſimum conſtant.

& cum rebus definitis conuertuntur.

neque deficiũt, aut redundãt.

das; tamen non conuertitur, neque ſuo definito reſpondet: cum ſubſtantia ſenſibilis animata homo abſolute non ſit, ſed quodlibet aliud animal, quod ſentire valeat. At prior definitio: homo ſcilicet eſt animal terrenum, rationale, moribundum, bipes, riſus capax, & conuertitur recte, & reſpondet mutuo. Si quis enim roget: quid ſit animal terrenum, rationale, moribundum, bipes, riſus capax: continuo dicetur, homo eſt. Quapropter erit ex formula integra, ac perfecta ſic dicta definitio. Rurſus laborat, ac etiam peccat, ſi plus aut minus complectitur, quam neceſſe eſt: quippe cum præpoſtera ratione exceſſus dictionum defectum faciat; defectus autem pariat redundantiam: vt ab vtroque proueniat imperfecta finitio. Nam ſi aliquis dicat: Homo eſt animal rationale, moribundum, & addat ſapientia præditum, additio facit, vt propter defectum definitio peccet, & in vitium declinetur: quoniam non omnes admittit homines, ſed tantummodo ſapientia præditos comprehendit. E diuerſo autem ſi aliquis dicat: ſeditioſus eſt, qui malus eſt, exuberantia peccat; quoniam non modo ſeditioſi, ſed ambitioſi, aut improbi hominis naturam oſtendit.

Imperfectarũ autem definitionum genera plura ſunt: aut enim definiunt notionibus quibuſdam, aut nominis explicatione:

Sunt aliæ quoque definitiones, quæ notiones etiam dici poſſunt, non autem ſubſtantiales: vt cum dicimus, hominem eſſe eum, qui rationali conceptione præeſt cæteris animalibus, profecto quid homo ſit, ita definiendo, non diximus, ſed afferendo, quid agat, quaſi ſigno quodam, fecimus, vt in notitiam perueniret. Sunt præterea aliæ, quæ ad expoſitionem tantum nominis aptantur: verum an res ſit, aut vnde ſit, ignoratur: vt cum dicimus, hippocentaurum, ſcimus, quid indicet: ſed an ſit, aut non ſit, affirmare non poſſumus.

aut eſſe r[illegible] non cur ſit, commonſtrando:

Item aliæ quæ commonſtrant eſſe res, ſed non commonſtrant, quare ſint: vt cum dicimus, Solem deficere ſilente Luna: quamuis aliquid ſignet, nihil tamen, quod ad ſcientiam pertineat, demonſtrauimus: quoniam non diximus, [illegible]m coeunt luminaria in interſecatione ecliptice cum eccentrico Lunæ [illegible] deliquium, quia interponitur Luna inter noſtrum obtutum & Solem.

aut nomen, & rem, quid & cur ſit, explicando, demonſtrationes, non definitiones tradunt.

[illegible]nt præterea & aliæ definitiones, quæ vtrunque continent, videlicet vt res ſint, & etiam cauſam, quod ita ſint: & hæ quodammodo poſſunt dici demonſtrationes, vt cum definiendo dicimus, tonitru eſt reſtinctio ignis in nube: demonſtramus autem cum dicimus, vbicunque ignis reſtinguitur, ibi tonat: in nube ignis reſtinguitur: in nube igitur tonat. Nonnulli cautiores, vel potius curioſiores definitionem ſubſtantialem imperfectam, & mancam eſſe dixerunt,

aut ſingula prædicabilia in definitionibus inculcanda putant.

ſi non fuerit ex quinque partibus conſtituta, videlicet genere, vt animal: ſpecie, tanquam quod definitur, vt homo: differentia, vt rationale: proprio, vt riſibile: accidente, vt album, diues, vel incedere. Sed accidens in definitione quid minimum valet: proprium vero quamplurimum.

De

De Genere.

Cap. VIII.

GEnus eſt multarum ſpecierum collectio, quę ad vnum principium rediguntur, vt animal: ſub quo nomine dantur intelligi ſpecies, quæ ſub ipſo genere continentur: ſcilicet homo, bos, equus, & reliqua animalia. Sunt præterea aliæ ſpecies, quæ prodeunt ab aliis generibus, videlicet, à patria, vt à Thebis Thebani: & ab arte, vt à nautica nautæ: quandoque ab artifice, vt à Calepſo (qui erat in gubernatoria ſummus) Caleplitæ. Sed illud genus, de quo Dialectici ſatagunt, eſt id, quod de pluribus & differentibus ſpecie expleta natura in eo, quod quid (vt hodie dicimus) prædicatur. Nam dicitur animal de homine, de equo, & de aliis ſpeciebus, quæ inter ſe maxime differunt non mediocri quidem modo, ſed tota ſpecie, & tota forma ſubſtantiæ. Dicitur etiam in eo, quod quid: quoniam ſi quæratur à quopiam, quid eſt homo, aut bos, aut equus, appoſite reſpondetur: eſt animal. Si vero rogetur: qualis ſit homo? non recte dicetur, eſt animal. Neque tamen ob hoc, quod aſſeruimus, animal abſolute ac penſiculate totam eorum naturam, de quibus ſupra diximus, prædicari oſtenditur. Quippe cum vera atque perfecta prædicatio dicatur, quæ ab ipſa tantum definitione procreatur. Sed diximus animal, vt intelligatur natura eius, de quo prædicatur per modum ſubſtantiæ: vt quoquomodo ſignificetur eſſentia eorum, quæ diximus, quamuis non abſolute neque omnino explete. Verum ſi addatur illud, videlicet, homo eſt animal rationale, ſenſibile, abſolute atque perfecte ipſius natura monſtratur ſignificaturque. Sed illud dignum eſt, vt omnino non lateat: quod ſi intellectus efficiatur ita immunis ab omni ratiocinio, vt nihil prorſus conſideret, nomen illud, quod diximus, homo, id eſt, ſubſtantia animata, ſenſibilis, compos rationis, ſemper inuenietur in Platone, Cebete, Socrate, & in aliis hominibus, quocunque nomine nuncupentur: & quoniam in quibus eſt reperiri, & in his eſt etiam prædicari: neceſſe eſt, vt homo de Platone, Cebete, Socrate, & de aliis hominibus prędicetur. Siquidem intellectus, intelligens hominem eſſe ſubſtantiam animatam, compotem rationis, & ſenſilem, reperirique in Platone, & in aliis quos annotauimus: dignum duxit, vt nomenclaretur ſpecies, cum prædicetur de pluribus differentibus numero. Quare homo, cum ſit ſubſtantia rationis compos, animata, ſenſibilis, eſt prædicabilis de pluribus differentibus numero. Et quia animal, ſcilicet ſubſtantia animata, ſenſibilis reperitur in homine,

Genus diuerſe accipitur: quod

Dialectici definire conati ſunt, cum tamen

Digitized by Google

mine, boue, & in quocunque alio ex brutis: (ſecluſo ratiocinio intelle-ctus) prædicaturque poſtmodum de ipſis: attribuit ipſi animali, vt appelletur genus. Quare huiuſmodi nomenclatio procedet ab intellectu. Et quoniam id, quod ab intellectu prouenit, eſt de numero accidentium, neceſſe eſt, vt huiuſmodi nomen, ſcilicet genus, in accidentium numero collocetur. Iccirco non poteſt vere atque appoſite definiri, cum ſit accidens ab intellectu adſcitum: poteſt tamen deſeruire enucleationi, expoſitionique, non autem definitioni. Et quamuis animal (cum ſit ſubſtantia, habeatque ſupra ſe ſubſtantiam corpoream animatam, & ſenſibilem) poſſit recte definiri: non tamen ita definietur genus, quod ei eſt iugatum, cum ſit accidens exquiſitum ab intellectu. Quare dicendum eſt: genus, quod prædicatur de pluribus, & differentibus ſpecie in eo, quod quid, non eſſe veram, ſed ſpuriam quandam, atque accidentariam definitionem: perinde ac ſi aliquis diceret; illud, quod prædicatur de pluribus, & differentibus ſpecie, eſſe genus.

Generis nomenclatio ſit precedens ab intellectu: ideo inter accidentia collocatur, neq; definitur: ſed tantum deſeruit rerum enucleationi: unde dicendum eſt.

Generis definitionem ſpuriã eſſe, & accidentariam.

De Specie.

Cap. IX.

Species Dialectica, quæ in definitione aſſumitur, eſt, quæ ſubiicitur generi: vt homo, bos, & huiuſmodi. De ea etiam veluti de genere in eo, quod quid, reſpondetur. Nam eo modo, quo de genere diximus, ſi quæratur de Timone, qualis ſit? non apte dicetur: eſt homo: ſed ſi rogaretur, quid Timon ſit? tunc recte diceretur: homo eſt. Præterea prædicatur de pluribus, quemadmodum genus: ſiquidem de homine, & equo, & ſimilibus dicitur animal, & de Timone, Cebe, & Platone dicitur homo. Sed differunt inuicem, quoniam homo, cum ſit ſpecies, non poteſt de differentibus ſpecie prædicari, neque Timon à Cebe differt ſpecie, ſicut differunt, quæ ſub genere continentur: ſed prędicatur ſpecies de pluribus, & differentibus numero. Huic tamen loco obrepit non reiicienda quæſtio: quonam pacto ſpecies poteſt prędicari de pluribus differentibus numero? Cum numerus à numero non differat, niſi par numerus ab impari, vel eo modo, quo legio aut cohors, quæ continet plures, ab ea, quæ continet pauciores. Quare non videtur Timon à Platone poſſe differre numero, quoniam Timon vnus eſt, & Plato etiam vnus: & vnitas numero ab vnitate non differt. Sed ſoluitur ambiguitas: quia id quod dicitur, differentibus numero, intelligendum eſt, dum numeramus: etenim cum dicimus, hic eſt Timon, hic Cebes: non vnam, ſed duas vnitates ſignauimus de Timone, & Cebe: perinde vt ſi

Species ſubiicitur generi, & prædicatur de plurib. differentib. numero.

At quomodo? cum numerus à numero non differat, niſi vt par ab impare, aut legio à cohorte?

attactu

Digitized by Google

attactu manus diceremus, hic vnus eſt, de Timone: rurſus hic vnus eſt, de Cebe: quoniam non vno attactu manus, aut mentis demonſtrauimus ambos, ſcilicet Timonem & Cebem. Eſt præterea, quod notetur, cognatio quædam inter genus & ſpeciem: veluti inter patrem & filium relatio, cauſa, & effectus, vt quemadmodum pater eſt cauſa filii, filius vero effectus: ita genus eſt cauſa ſpeciei, ſpecies autem effectus: quare alter ſine altero non intelligitur. Genus enim ſpeciei genus eſt, ſpecies vero generis: & hæ quidem è generibus proueniunt, & quaſi procreantur. Sed non ignorandum, quod ſpecies, quatenus definitur, profert totum: genus autem & differentia partes. Et quemadmodum datur genus primum: ſupra quod aliud genus eſſe non poteſt, vt ſubſtantia, ita datur ſpecies infima, ſub qua aliæ ſpecies eſſe non poſſunt, vt homo. Præterea inter ſupremum genus, & infimam ſpeciem ſunt intermedia, quæ inuicem ſubalternantur: ita vt eorum quidem, quæ antecedunt, ſpecies: eorum vero quæ ſubſequuntur genera, vt animal ſpecies eſt reſpectu corporis animati: genus vero reſpectu hominis. Quare priora genera cum inferioribus copulantur.

Inter genus & ſpeciem cognatio eſt, &

Poſito illo ponitur hoc: non viciſſim

vt quo genus primum, ita datur ſpecies infima, & intermedia ſubalternātur.

De Differentia

Cap. X.

Eſt autem differentia, quæ ſpeciem diuidit à ſpecie, vt rationale. Species enim hominis à bouis ſpecie non genere differt, ſed differentia: nam genere ambo ſunt animalia: ſed ſecundum differentiam alter rationis eſt particeps, alter vero rationis expers. Dicitur præterea, differentiam de pluribus ſpeciebus in quale (vt nunc Philoſophi dicunt) prædicari. Nam quemadmodum genus & ſpecies prædicantur in eo, quod quid, vt ſuperius demonſtratum eſt: ita differentia prædicatur in eo, quod quale. Roganti enim quid eſt homo? reſpondebitur, animal eſt: roganti rurſus, quale animal? reſpondebitur per differentiam: rationale. Scire etiam illud debemus, genus diſtare à genere: vt animal ab arbore, quod differt qualitate ſenſibili: & à ſpecie ſpecies, vt homo ab equo: & hic quidem rationalitate, vt ſic dixerim, & indiuidua numero, quæ quidē inter ſe diſtant accidentib. Accidētium. n. quædam ſunt ſeparabilia: quædam inſeparabilia: ſeparabilia quidē dormire, incedere, & huiuſmodi, vt ſi Plato dormiat, Cebes obambulet: inſeparabilia vero, oblæſitas crurū, longitudo ſtaturæ, ſimitas naſi, vt ſi Timon ſimus erit, Plato vero adunco, vel repando naſo. Differt præterea indiuiduum aliquādo à ſeipſo, vt ſi quis nunc aliquid ſtruat, cum antea nihil fecerit, vel ſi nunc ſenex effectus ſit, cum prius fuerit iuuenis. Sunt præterea differentiæ

Differentia prædicatur in eo, quod quale.

Differunt autem indiuidua accidentibus, quæ aut ſeparabilia, aut inſeparabilia.

Indiuiduum à ſe ipſo nonnunquam differt; præterea

Differentia alia communes, alia propria, alia magis propria.

tiæ aliæ communes: aliæ propriæ: aliæ magis propriæ: communes quidem & propriæ varium faciunt, ſiue alteratum, vt aiunt: magis propriæ vero non modo alteratum, ſed faciunt aliud. Et hæ quidem differentiæ, quæ alteratum faciunt, ſimpliciter differentiæ nuncupantur: quæ vero aliud, ſpecificæ: quoniam id vere & dicitur, & eſt aliud, quod eſt ſpecie tota diuerſum, vt animal brutum ab homine. Etenim rationalis differentia hominem fecit, aliudque eum conſtituit eſſe, quam brutum: At ſi aliquis homo iaceat: & alter ſtet, non erit in ſpecie differentia, ſed varietas & alteratio tantum. Eſt prætetea alia differentia earum rerum, quæ ſunt ſecundum ſubſtantiam à rebus, quæ ſunt ſecundum accidens: nam quæ ſubſtantiam oſtendunt, neque incrementum, neque diminutionem admittunt: rationale enim neque à ſe, neque ab alio plus rationale poteſt eſſe, neque etiam minus. Quæ vero ſunt per accidens, vt ſimum aut repandum, intentionem & remiſſionem accipiunt. Nihil enim prohibet, vt aliquis alio ſit magis ſimus, alius vero minus repandus: neque vt quiſpiam magis ſedeat, aut magis obambulet, quam alius. Illud tamen aduertendum: nullam differenriam communem, aut propriam ex formula (vt aiunt) & quadro poſſe definiri: ſiquidem huiuſmodi differentiæ deſcribunt potius, quam definiunt. At differentiæ quæ magis propriæ, aut maxime propriæ nuncupantur, cuiuslibet rei definitionem perficiunt. Hactenus de differentia: nunc ad proprium veniamus.

Specifica differentia definitionibus idonea.

De Proprio.

Cap. XI.

Platonici triplex proprium ſtatuunt.

Porphyrius quadruplex.

PRoprium Platonici triplici modo pronunciant: vno quidem modo ab inſtrumento, vt elephanto proboſcis, rhinoceroti in nare cornu: alio vero ab actu, vt cancro obliquus gradus: poſtremo autem à potentia, vt vrendi vis igni. Porphyrius tamen (quamuis & ipſe Platonicus) quadrifariam nuncupauit: primum vt accidat ſoli alicui ſpeciei, quamuis non cuilibet, vt homini eſſe Grammaticum: item quod omni accidat, verum non ſoli, vt homini eſſe bipedem: rurſus quod omni, & ſoli, & aliquando, vt homini in iuuentute pubeſcere: demum quod omni & ſoli & ſemper, quemadmodum homini eſſe riſibile: nam etſi non ſemper ridet, poteſt tamen ſemper ridere, quia ad ridendum eſt aptus. Verum tres ſignificationes, quas primum diximus, reciprocari non poſſunt, nec ex altera parte reſpondent. Non enim recte inter ſe coæquantur: omnis Grammaticus homo eſt, & omnis homo eſt Grammaticus: neque omnis homo eſt bipes, & omnis bipes eſt homo: ſic enim gallus & anſer eſſent homines.

Sed

Sed neque conuertitur: qui pubeſcit homo eſt, & qui eſt homo, pubeſcit: ſiquidem fieri poteſt, vt quiſpiam ante venerem moriatur, & non pubeſcat. Igitur concinne atque apposite hoc tantummodo & æquatur, & reſpondet mutuo: omnis homo eſt riſibilis, & omne riſibile eſt homo: quod quidem vere & congrue proprium eſſe dicitur, quoniam ſoli, & omni, & ſemper homini ineſt. Sunt prętereà alii, qui proprium hoc pacto definiunt: proprium eſt quod ineſt omni & ſoli in eadem ſpecie, videlicet homini riſus, equo hinnitus, cani baubatus, porco grunnitus, coruo crocitatus, elephanto barritus, boui mugitus, & ſic de ſingulis: quoniam hæc proprietate quadam ſpeciebus & adſunt & præſto ſunt ſingulis, nulla tamen inter ipſas communicatione intercedente. Adde quod proprium generis de pluribus prædicatur, quam reliqua prædicabilia. nam animal de pluribus dicitur, quam bipes, quam homo, quam riſibile, quam album: quoniam animal dicitur de homine, de boue, de aue, de piſcibus, vermibus, atque ſerpentibus: quadrupes vero & bipes de quadrupedibus, ac bipedibus tantummodo prædicantur: ita etiam in reliquis prędicabilibus inuenitur. Ad hæc proprium ſemper ſpeciebus adhæret, nec ipſas ſpecies deſerit: quippe cum non ſubſiſteret et ſpecies ſine proprio, perinde vt accidens illud, quod non ſeparatur, differunt tamen inter ſe: quoniam proprium de vna tantum ſpecie prædicatur: quia riſibile, quod eſt proprium homini; de homine tantum, non de aliqua alia ſpecie dicitur; ita hinnibile de equo, & rudibile de aſino: atrum vero, quod accidens inſeparabile eſt coruo, non minus de Æthiope, ac de hebeno, quam de coruo poteſt dici.

Alii aliter.

Proprium generis de pluribus, quam prædicabilia cætera. prædicatur: &

adhæret ſemper ſpeciebus.

De accidente: Item ex iis, quæ dicta ſunt, Zenonem in definitione virtutis merito redarguendum eſſe.

CAP. XII.

AT nos, ne accidentibus implicemur, illud tantummodo adiiciemus, accidens dici bifariam, ſcilicet, quod abiungi poteſt, & quod nunquam abiungitur: & illud quidem euentum, hoc autem coniunctum nuncupauit antiquitas. De his Lucretius elegantiſſime cecinit, dum ait:

Nam quæcunque cluent, aut his coniuncta duabus
Rebus ea inuenies, aut horum euenta videbis.
Coniunctum eſt id, quod nunquam ſine perniciali
Diſſidio potis eſt ſeiungi, ſeque gregari;
Pondus vti ſaxi, calor ignis, liquor aquai,
Tactus corporibus cunctis, intactus inani:
Seruitium contra, paupertas, diuitiæque,

Accidens ſeparabile euentum olim dictum, inſeparabile coniunctum, teſt[illegible] cretio:

Libertas, bellum, concordia, cætera, quorum
Aduentu manet incolumis natura, abituque.
Hæc ſoliti ſumus (vt par eſt) euenta vocare.

Hinc liquet, quam imperfecte Zeno virtutem definiuerit, quamquam

Ex his igitur liquet, definitionem Zenonis iure poſſe à Plutarcho redargui, cum neque conueniat genere, neque diſcrepet differentia. Definiuit enim, prudentiam eſſe iuſtitiam in diſtribuendis rebus, in amputandis temperantiam, in tolerandis fortitudinem, non autem dixit, prudentiam complicitam cum iuſtitia, temperantia, & fortitudine: quoniam nunquam ſine adminiculo aliarum virtutum ſuum munus exercet: ſed eſſe dixit tanquam vnam, eandemque (vt ſic dixerim) eſſentiam. Nam ſi prudentia efficitur in diſtribuendo iuſtitia: rogo, à qua virtute dirigetur diſtributio? vt neque excedat, neque deficiat, dum benemerentibus erogat. Sequuntur deinde hęc: *Ii, qui eius patrocinium ſuſceperunt, ſcientiam in his dixerunt ab ipſo Zenone prudentiam nuncupari.* Nam multi Stoicorum non modo virtutes principes, ſed quæ ipſis virtutibus adſunt, dixerunt, eſſe ſcientias: vt non modo defenderent opinionem Zenonis, aſſerentes, prudentiam eſſe ſcientiam bonorum, atque malorum, iuſtitiam ſcientiam eligendorum, & non eligendorum, fortitudinem ſcientiam rerum metuendarum, & non metuendarum, temperantiam ſcientiam facientem habitum, aſpernentem illecebras: ſed etiam ponerent conſilium, & ingenium alterum ſcientiam facientem habitum celerem, inuentoremque officii: alterum ſcientiam inſpiciendi vtilia & non vtilia. Vtebantur enim argumento hoc. Si vitium eſt ignorantia earum rerum, quæ ad virtutes pertinent, virtus erit ſcientia earum. Deinde autor ipſe pergit Chryſippum arguere, quod virtutem putauerit propria qualitate conſtare.

Stoici defendunt, prudentiam ſcientia nomine definiri, aſſerentes

omnes virtutes ſcientias eſſe, vitium ignorantiam.

De qualitate & de habitu, ac diſpoſitione, deque errore veterum Philoſophorum in animæ facultatibus dignoſcendis, & definienda virtute.

Cap. XIII.

Qualitas eſt, qua dicimur quales: nam

Qualitas ab Ariſtotele definitur, ſecundum quam quales dicimur, vt albedo, Grammatica, legatio: nam ſecundum has, albos, Grammaticos, legatos dicimus. Nec temere qualitas ſic fuit ab Ariſtotele definita, vt abſtractæ res per concreta nobis innoteſcerent. Eſt enim ea vis inter concretum & abſtractum, vt alterum nobis altero ſit notius. Quandoquidem omnis noſtra cognitio rudimentum habet à ſenſu, vt minus ſenſoria minus nobis nota ſint, etenim Grammatica cū abſtracta ſit, nō ſenſu

Abſtracta per concreta magis innoteſcūt: quippe Cognitio ex ſenſu habet exordium.

ſenſu, ſed mente percipitur; contra vero Grammaticus, eodem quoq; modo albedo & albus, legatio & legatus. Appoſite igitur vir ſummus per concretum, quod eſt quale, abſtractam nobis qualitatem oſtendit: & hanc dixit ſubdiuidi plurifariã, vno quidem modo, vt habitus, & habilitas, ſic enim appellare libuit diſpoſitionem, quã recentiores affectionẽ nominant, idque an recte, ipſi viderint. Nam ſi ab ἔχω, hoc eſt, habeo, deducitur ἕξις, id eſt, habitus, non video, cur ab habitu non recte deducatur habilitas, quæ differt ab habitu, tanquam res inſtabilis à conſtante. Eſt enim habitus qualitas quędam diuturna, animo inhærens, quæ non facile dimouetur, vt ſcientia & virtus. Diſpoſitio vero eſt inconſtans qualitas & mobilis, quę facile permutatur, vt calor & ſanitas, à calido namque frigidus ſine aliqua difficultate efficitur quiſpiam, & à ſano ægrotus: ita etiam è diuerſo, niſi forte diuturnitate morbi in naturam infirmitas illa pertranſeat, vt ea ratione poſſit habitus nuncupari. Sic ẽt qui alicui ſcientiæ vacauerit, ſed ita modice, vt in pleriſq; fallatur; diſpoſitus, vt nunc loquimur, potius, quam habere habitum, dici poteſt. Quare modo aliquo ii, qui habitum acquirunt, diſponuntur: qui vero tantummodo diſponuntur, non omnino acquirunt habitum. Iccirco non quælibet diſpoſitio eſt habitus, quamuis quilibet habitus diſpoſitio intelligatur: ſeruat enim quodammodo imaginem, quæ eſt inter animal, & hominem: nam vbicunque eſt homo, illico nomen animalis neceſſario ineſt: quoniam vbi homo eſt, ibi etiam animal eſt: vbi vero animal eſt, non eſt neceſſe, vt omnino ibi etiam homo ſit. Rectius tamen dicetur, vtrunque hoc intentione, incrementoque, & quadam remiſſione differre, vt habitus res quædam ſit permanentior, diſpoſitio autem inconſtantior, & habitu ipſo mobilior. Huic accedit alius qualitatis modus à naturali poteſtate, & etiam ab impotentia proueniens, vt cum aliquos ſcimus nondum bella exercentes, ſed ea indole & eo temperamento, vt eis aptitudo corporis, & præliandi animus ineſſe videatur, præliatores aſſerimus, non quod ita ſint actu, ſed quia poteſtate ſint habiles, vt re ipſa poſſint bella exercere. Eodem etiam pacto de oppoſito, ſcilicet de impotentia, dicetur: nam aliquos dicimus eſſe non ſanos, quamuis ſani & validi habeantur, & rurſus dicimus ſalubrem ægritudinem, quamuis aliquis actu ægrotet: item durum; quia potentiam habet, vt non facile diuidatur, & molle, quia contrarium. Sunt præterea aliæ qualitates, quæ paſſibiles appellantur à recentioribus, vt dulce & amarum, non quod ſubſtantiæ ipſę aliquid patiantur, ſed quia ſenſus noſtros afficiunt. Ita etiam calor, & frigus, pallor & rubedo differunt, quia aliquę affectiones ſunt, quæ à morbo aut ex humorum exuberantia proueniunt, vt alius quidem pallidus efficiatur, alius autem rubi-

Qualitas autem differt à diſpoſitione, qua videtur eſſe inchoatus habitus: neque inuicem conuertuntur.

Habitus enim permanet, diſpoſitio inconſtans & mobilis eſſe poteſt.

Qualitas autẽ modo ex potẽtia, aut impotentia dicitur,

Modo ex paſſionibus animi, qua

rubicundus: non tamen ita vt perculſus ab aliquo repentino timore palleat, neque aliquo pudore ſuffuſus, erubeſcat: ſiquidem hæc ipſa affectus potius, quam qualitates appellari poſſunt. Eadem ratio inerit affectibus ad animum pertinentibus, vt ſi quiſpiam à cauſa aliqua concitatus, momento quodam iraſcatur, non propterea iure iracundus dicetur, neque etiam qualis: ſed ille qui ob valetudinem captus mente, in immobilem iracundiam vel dementiam incurrerit, ille profecto & demens, & iracundus dicetur, & qualis. Huiuſmodi tamen

differunt à diſpoſitionib. vt diſpoſitiones ab habitibus.

paſſibiles qualitates à diſpoſitionibus ea ratione, & eo incremento differunt, quo à diſpoſitionibus diſcrepant habitus. Etenim ſi corpora ita calore affecta fuerint, vt illum emittere poſſint, diſpoſita nuncupantur: ſi vero momentaneum calorem acceperint, tunc paſſibili qualitate affecta potius, quam diſpoſita dicentur. Vt enim diſpoſitio dum creſcit, & permanet, tranſit in habitum: ita paſſio amplificata in diſpoſitionem transfertur.

Alius qualitatis modus.

Eſt præterea alius qualitatis modus à forma, & à figura: à forma, vt pulcher, & deformis, vnde & formoſi & deformes homines appellantur: à figura, vt quadratus, triangulus, & his ſimilia.

An qualitas intendatur, & remittatur?

Oritur hic quæſtio quædam: cum ſubſtantiæ non admittant magis & minus, neque etiam qualitates: nulla enim ſanitas, nulla iuſtitia, nulla Grammatica magis, quam alia videtur: tamen dicitur aliquis ſanior, iuſtior, & (vt ſic dixerim) Grammaticior alio, atque etiam albior, & formoſior. Dicendum eſt ergo qualitates nullo pacto intendi, neque remitti, nam quadratus non eſt magis, quam quadratus, neque triangulus magis quam triangulus.

Non qualitas, ſed ipſum quale intenditur, & remittitur.

Sed ea, quæ à qualitatibus denominantur, per ſubſtantias ipſas poſſunt admittere magis & minus: vt homo, qui ipſius qualitatis eſt particeps, dicitur ſanior, iuſtior, & Grammaticior alio, quia magis de qualitate ipſa aſſumit.

Qualitas autem contraria admittit.

Cæterum contraria admittit qualitas, & ipſa etiam contraria qualitates ſunt, vt ſanitas & ægritudo: ambæ enim qualitates ſunt, & inter ſe contrariæ. Sed non omnis qualitas contrarium admittit, ſiquidem quadro, aut rotundo nihil eſt contrarium.

Quæ videntur qualitates, & non ſunt.

Sunt & alia, quæ quamuis qualitates eſſe videantur: tamen non ſunt, vt lene & aſperum, rarum & denſum: nam in eo, quod à lenitate, & denſitate, aut aſperitate, raritateque dicantur, qualitates eſſe videntur: tamen quia poſitione partium efficiuntur ſcabra & lenia, vt ſi partes ita ſint poſitę, vt neutra pars ſit eminentior alia id quod ſic conſtitutum eſt, lene dicetur; ſi vero contrarium, aſperum. Quoniam poſitio partium inæqualium, vt aliæ emineant, aliæ deprimantur, aſperitatem faciunt, pari ratione de raro & denſo dicendum eſt: nam ſi partes inter ſe coeunt, denſum eſt, ſi vero diſtant, rarum: quare huiuſmodi res, quamuis qualitatibus com

paren-

parc[illegible] [illegible] appellandæ ſunt, quia poſitio qualitas eſſe non [illegible] aliquid. Ex his igitur patet, Plutarchum [illegible] opinionem Chryſippi, (qui putauit, virtutem [illegible] ſare, cum ipſa virtus qualitas ſit, quoniam [illegible] taxat, quod præpoſtere denominata [illegible] Non enim quale ab ipſa qualitate deduxit, ſed e [illegible] forti fortitudinem, a modeſto modeſtiam [illegible] elegantiam, a bono bonitatem, a magno magnificentiam [illegible] honeſtatem, putant eſſe [illegible] parum neceſſariis Philoſophi [illegible] rates vrbanitate [illegible] virtutibus adnecte [illegible] Hinc [illegible] vitium, (vt ait [illegible] in eo libro qui inſcribitur Menon, [illegible] licentem [illegible] Hoc eſt, [illegible] *[illegible] exiſtimo, [illegible] vnam virtutem [illegible] examen quoddam [illegible] a te ex[illegible] inuenı.* Sequitur deinde Plutarchus: *H[illegible] autem om[illegible] hanc ſententiam conſluxerunt, virtutem [illegible] diſpoſitionem quandam atque potentiam [illegible] ratione ortam, vel potius rationem [illegible] firmam [illegible] & [illegible] in principe parte animæ.* Videlicet [illegible] contra quos agitur, [illegible] eſſe [illegible] Conſtat autem ex his [illegible] non [illegible] neque firmam, ſed mutabilem potius, vt [illegible], & valetudo. Præterea oſtendimus, habitum eſſe permanentem & firmum, quemadmodum eſt virtus ars atque ſcientia. Sed vt poſſint ſe modo aliquo tueri, addiderunt, diſpoſitionem illam ortam a ratione, vel potius eſſe rationem firmam, & immutabilem in ea parte animæ, quæ inter cæteras partes obtinet principatum, & ab ea corriuari virtutes reliquas, tanquam a fonte riuuli, ac demutari ſecundum actiones, functionesque, in quas prudentia ipſa ſe ingerit: vt huiuſmodi virtutes (quoniam ſecundum eorum [illegible] demutantur) non poſſint dici habitus, ſed diſpoſitiones & potentiæ [illegible] ad perfectionem redactæ. In hanc itaque opinionem [illegible] quia non putauerunt, eam partem animæ, quæ ſubigitur [illegible] rationis differre. ſed dixerunt, eandem animæ partem, quam [illegible] appellant, & ducem cum in aliquos affectus commutata [illegible] vertitur [illegible] fieri, & virtutem, quæ non habeat aliquid [illegible] rationi [illegible]. De hac itaque parte, quæ principem locum obtinet, mira [illegible] nonnullos aut [illegible] eſſe videtur, [illegible] ba conſid[illegible] vero ſenſu, [illegible] non diſcrepant. Nam Pe-

Plutarchus recte Chryſippū reprehendit, quia præpoſtere [illegible] definit, &

Examen [illegible] tium [illegible]

[illegible] facul[illegible] rationis diuerſitatem [illegible] in [illegible] diſſoluenda errores.

nam Peripatetici intellectũ paſſiuum,& agentem poſuit, Platonici rationem & mentem. Zenoni intellectui agenti principatum tribuunt, & eo commutato vitium, aut virtutem fieri, ſtatuunt. Nempe

ripatetici eam partem, [illegible] Platonici rationem [illegible] ctum poteſtatis appe[illegible] ſubſtantia[illegible] principem [illegible] tem, Peripatetici modo [illegible] modo agentem intellectum [illegible] mant, vt pote qui rationem, & poteſtatem [illegible] intelligendi [illegible] ſicut formam materiam. Hunc Zeno, & reliqui Stoici, qui & [illegible] primum appellati ſunt, principatum animæ [illegible] ferunt, in eo que [illegible] patu conſiſtunt rationem, ibique volunt etiam eſſe notiones [illegible] tiones quaſi ſicut in [illegible] tota tabella: alias poteſtate, alias a[illegible] prænotiones quidem ibi eſſe citra artis auxilium, vt cum [illegible] tum ſua parte maius, & Si paribus paria dempta fuerint, reliqua [illegible] remanent, paria etiam. Notiones vero apprehendi diſciplina [illegible] quę rationis partem effectricem eſſe aſſenſionum, affectionum, [illegible] titionum que omnium. Hinc hi, quos diximus, prouenire [illegible] runt, vt quando ratio ipſa verſatur, commutaturque in affect[illegible] quos, efficiatur modo vitium modo virtus. Ideo definierunt [illegible] ne[illegible] eſſe prauam intemperatamque, a prauo, & obliquo iudicio [illegible] & impetum aſſumentem. Pergit deinde confutando Plutarchu[illegible] [illegible] non intellexerunt compoſitionem animæ, ſed illam tantu[illegible] eſſentiam [illegible] explicatam omnibus, quæ conſtat ex corp[illegible] natura, & ex ea, quæ eſt corporis expers, ignorauerunt tame[illegible] [illegible] illam compoſitionem ipſius animæ, non quemadmodum [illegible] [illegible] te componimus, vt dicimus, ſed quæ habet rationem compo[illegible] [illegible] Muſica concentus.

Igne[illegible] omnes [illegible] ſitione.

De Muſica, [illegible], atque in [illegible] Pythagoras [illegible] [illegible] naturæ veſtigauerit.

C a p. XIV


E Xiſtimarunt eundem ideoque [illegible], [illegible] Pythago[illegible] ex conſilio, quod [illegible] Muſica [illegible] duxit, vt ſe[illegible] penitus ererque animos perturbatione aliqua affecto[illegible] Quare cum cognouiſſet non modo mundum, ſed etian hominem, quem minorem mundum appellant, & mo- ueri & conſtare muſicis rythmis, veſtigauit commenta ſecretiora naturæ, obuiam primum forte, fabris ſimul tundentibus ferrum [illegible] pari pondere m[illegible] rum quatuor. Vnde, vt [illegible] teſtiori ex perientia [illegible], & conſona[illegible] [illegible] rehenderet [illegible] tendi neruas longitudine, & cr[illegible] pares, appenditque in eis di- uerſorum ponderum momenta: deinde, pulſatis neruis, non in- uenit aliquam concinnitatem, verum mutatis ſæpe ponderibus, de- prehen-

Muſica [illegible] [illegible] Pythagora. Cur

[illegible]


[illegible] neruulas duas concinere, quibus eſſent pondera ea ratione conſtituta [illegible] nouem a [illegible]. Hinc proportionem *Epogdoan* Græci vocant [illegible] ſeſquioctauam dicimus.

Ex hac itaque tonum ex[illegible] eſt, qui diuiditur in duo hemitonia, maius videlicet atque minus. Maius quidem conſtat ex duabus dieſibus & commate; minus vero ex duabus dieſibus tantum. Eſt autem dieſis modica pars [illegible] Verum quia conſtat ex proportione epogdoa, quæ conſtat ex numero [illegible] octo [illegible], conſtituunt decem & ſeptem. Et ne ſeparetur ſenſus [illegible], extendatur chorda, quæ conſtet ex partibus decem & ſeptem, diuidaturque ſecundum ipſius proportionis ſenſum in duas partes: quarum vna ſit nouem & altera octo; apponaturque aliquod comprimens punctum diuiſionis, atque pulſetur chorda plectro in parte, quæ conſtet ex nouem, proueniet vox grauior, G.



Dieſis quid.

Tonus quid.




Proſlambanomenos.
2592.

2304.
Hypatehypaton.

Si vero pulſatur in ea, quæ conſtat ex octo, elicitur vox acutior. A Siquidem brevior diſtantia velociorem pulſum reddit, vehementiusque aerem verberat. In maiori vero diſtantia, quia laxior chorda eſt, graviores, tardioresque ſonos edere neceſſe eſt. Et ita intelligendum eſt in omnibus vocibus.

De




De Semitonio maiore & minore.

Cap. XV.

SEd quia diximus diuidi tonum in duo hemitonia, maius videlicet, atque minus, non erit alienum de ambobus aliquid claritatis gratia disserere, quippe cum hemitonia non ſint dimidiati toni, vt nomenclatio ipſa diiudicat, ſed potius non integri, veteres limmata appellabant. Eſt autem Limma id, quod integritati deeſt. *Limma quid.*



17.
16.



18.
17.


Igitur cum oriatur tonus ex proportione ep[illegible] quæ [illegible] ex nouem aduerſus octo, inter quos numeros medius num[illegible] tur intercipi, neceſſe eſt, vt ambo hi numeri duplicentur, qui [illegible] nus ſeſquioctauam proportionem conficiunt, in cuius inter[illegible] merus medius non negatur: nam ex nouenario duplicato co[illegible] decem & octo, ex octonario autem ſexdecim. E[illegible] d[illegible]us decem & ſeptem ex quo conſtant [illegible] duæ [illegible] na[illegible]rit decem & octo aduerſus decem & ſeptem, quæ vocatur ſeſquiſe-ptimadecima altera vero decem & ſeptem aduerſus ſexdecim, quæ ſeſquiſextadecima appellatur. A prima quidem prouenit hemitonium [illegible] minus, ab altera vero maius. M[illegible] erit ex triginta quinque partibus, ſiquidem decem & [illegible] decem & ſeptem [illegible] co[illegible] triginta quinque, ex [illegible] hemitonii [illegible]. Nec nos mo[illegible] hemitonium maius à minori pro-portione


portione [illegible], quamuis re ipſa illa maior proportio eſt, quæ minor apparet, quippe cum medius numerus, ſcilicet decem & ſeptem ad-[illegible] reſundat, [illegible] autem decem & octo deficit. Quare ſi [illegible] in partes, ex quibus fuit facta aggrega-[illegible] altera decem [illegible], altera decem & ſeptem, & ma-[illegible] grauior, a qua proueniet vox, quæ erit Parhypatehypaton: minor autem, quæ conſtat ex decem & ſeptem, erit acutior, ex qua naſcitur alia vox, quæ appellatur Lichanoshypaton. Si chorda ve-ro [illegible] proportionis ſeriem in partes, illa pars, quæ erit in [illegible] diſtantia [illegible]centum edet, in [illegible], vtrumque tamen conſ[illegible]ium & durum, vt ab humana voce non facile [illegible]. Quare, (vt cantores aiunt) non bene a[illegible]tur canendo. Nos autem dum de canendi vſu ali-quid promimus; non aliter in eo verſamur, [illegible] pedibus [illegible] tenebra cecinimus, [illegible] hac de cauſa nos ad [illegible] referimus: poſtremo, [illegible] non poſſit, humana vox id modulari, non eſt noſtra profeſſio. Sed illud [illegible] fortaſſe præſtiterit, poſſe inueniri ſemitonium maius etiam in genere ſuperpartiente: nam ſi conſtituantur tres numerorum ſeries, quarum prima contineat 2187. ſequens 2048 poſtrema 1944. conferaturque prima ſeries cum poſtrema, proportionem [illegible] procreat, cum [illegible] prima ſeries nouem contineat, quoties [illegible] poſtrema. Ex hac igitur (vt prius diximus) tonus educitur, [illegible] proportio in genere ſuperparticulari [illegible] ſed ſi prima ſeries conferatur ad mediam, hemitonium [illegible] efficit: ſi vero media ad poſtremam, ſemitonium minus [illegible] in ſuperpartiente contineri, cum ſuperpartiens numerus ſit 139. qui numerus non poteſt eſſe pars aliquota aut metiens, [illegible] quantumcunque ducatur, non reddit abſolute totum [illegible] ſeptem vicibus aſſumatur, non impleat mediam, niſi [illegible] 102. ſi vero per quindecim augeatur, non con-[illegible] a ſerie, ſed ſuperſunt 3[illegible] Quare nullo pa-[illegible] quæ per plures vices ducta aut redundat [illegible]. Erit igitur in genere ſuperpartiente, in quo et-[illegible] minus ſemitonium contineri, ſi expendatur in ea [illegible] numerorum ſeries ſuperat ſupremam, videlicet 104. [illegible] 2048. 1944. qui quidem numerus excedens [illegible] aliquota, aut metiens. Ergo erit ipſum minus ſe-[illegible] maius in ſuperpartiente. Poſſumus præterea con-ſtituere [illegible] ipſum, ſi ad partientes numeros reſpexerimus, quorum alter [illegible] 256. alter vero 243. qui quamuis ambo [illegible]

nempe nobiliſſima[m] & natura[m] n[on] artis, [illegible] phorū, non vulgarē muſicam, [illegible] eſt. Mirum exemplum in principio vnio.

ſunt

ſint, maior maiorem, minor autem minorem reddit; & ſic eſſent in ge-
nere ſuperparticulari, quoniam metiuntur, & non excedunt, neque
deficiunt: tamen ſi inuicem ipſi comparentur, videlicet 256. & 243. in-
ueniemus à maiori partiente numero ſuperari minorem in tredecim.
Cum igitur non ſit pars aliquota, aut metiens (quoniam quantumcun-
que ducatur, non reddit abſolute totum) ſuperpartiens erit. Ideo po-
teſt bono periculo dici ambo hemitonia, (ſi hoc modo conſideremus)
in genere ſuperpartiente contineri, appoſiteque denominari alterum
maius, alterum minus: maius enim excedit dimidium numeri 2048. ad
quem fuit facta relatio: dimidium autem eius eſt 1024. differentia vero
prioris, ac medii numeri, quæ fuit 139. ducta octies, conſurget in nume-
rum 1112. qui in 88. excedit dimidium, quod eſt 1024. Semitonium ve-
ro minus dicitur, cuius differentia minorum numerorum, inter quos
etiam fuit facta collatio, erit treſdecim, qui ſi pari modo octies ducatur
conſurget in 104. qui non complet dimidium illius numeri 243 dici-
tur ergo hac ipſa ratione minus, quamuis etiam diſtet (ut diximus) à
maiori hemitonio commate.






De Diateſſaron.

Cap. XVI.

EX ponderibus vero inter ſe ita collatis, vt ſunt quatuor ad tria (quam proportionem epitriton Græci vocant, nos autem dicere poſſumus ſupertertiam) concentus prodiit, qui dicitur Diateſſaron: quaſi ex quatuor: admittit enim quatuor voces, ſpatia tria, tonos duos, & hemitonium, quod dicitur minus: huius autem concentus proportio poteſt educi à duabus portionibus, videlicet à tripla, à qua naſcitur Diapaſon cum Diapente, vt tria ad vnum, & à quadrupla, à qua elicitur Biſdiapaſon, vt ad vnum quatuor: quia ſi ducatur maior numerus proportionis quadruplæ per minorem triplæ, conſurget numerus quaternarius: ſi vero ducatur maior triplæ per minorem quadruplę, efficitur ternarius: quatuor itaque ad tria, erit proportio ſeſquitertia, quia maior numerus continet minorem ſemel, & inſuper eius tertiam partem: quatuor autem & tria coniuncta ſimul, conſurgunt ſeptem. Verum vt conſonantiam hanc auribus metiamur, tendatur chorda, quæ conſtet ex partibus ſeptem, diuidaturque in duas partes inæquales, quarum vna contineat quatuor, & altera tria, & apponatur ſignum, quod deprimat punctum proportionis, ac verberetur chorda in parte conſtante ex quatuor, & excutietur vox grauior A. ex altera vero parte, quę conſtet ex tribus

Diateſſaron quid.

educetur vox acutior D. At ſi pulſentur ambæ partes ſimul, edent ſymphoniam, quæ dicitur Diateſſaron, vt in hoc exemplo perſpici poteſt.



De Diapente.


Cap. XVII.

Diapente quid.

AVcupatus eſt etiam Pythagoras conſonantiam Diapente ex ponderibus in proportione ſeſquialtera, quam Græci ἡμιόλιον appellant, quaſi dimidium & totum, vt ſunt tria ad duo: poteſt etiam hæc conflari proportio à duabus aliis proportionibus, vt à ſeſquitertia, à qua oritur Diateſſaron, perinde vt quatuor ad tria: & à ſeſquioctaua, vt nouem ad octo, à qua elicitur tonus: quod ſi maiores numeri per ſe ipſos ducantur, hoc eſt, quatuor per nouem, conſurgent triginta ſex: & minores per minores, id eſt,

Digitized by Google

id eſt, tria pro octo, efficientur vigintiquatuor. Porro triginta ſex aduerſus vigintiquatuor, ſeſquialtera proportio eſt: nam maior numerus ſemel minorem continet, & inſuper eius dimidium. At ſi diuidatur maior numerus, id eſt, triginta ſex per dimidium, prouenient decem & octo: ſi vero decem & octo etiam per dimidium, efficientur nouem: verum quia nouem non poſſunt per medium diuidi, ſcindantur in partes tres, & prouenient tria; eadem etiam ratione ſecetur minor numerus, ſcilicet viginti quatuor, in duas partes, & efficientur duodecim; qui ſi diuidantur per dimidium, conſurgent ſex, & quoniam tertia diuiſio prioris numeri fuit facta in partes tres, per eaſdem partes ſecentur etiam ſex (qui eſt tertius numerus alterius proportionis) & efficientur duo: tria igitur ad duo, erit proportio ſeſquialtera, à qua, (vt diximus) prouenit Diapente: quam nos dicere poſſumus perquinarium: quinaria enim conſonantia eſt, & quinque in ſe voces continet, ſpatia quatuor, tonos tres, & hemitonium minus. Quod ſi apud aliquos fidem non impetrat ratio proportionis, recurrant ad ſenſum, & tendant neruiam conſtantem ex partibus quinque, deinde ipſam in partem proportionis deprimant, ac pulſent; quoniam maior pars vocem grauiorem reddit A. minor vero acutiorem E. At ſi verberentur ambæ partes ſimul, tinnient ſymphoniam Diapente: vt in hoc diagrammate.



De Diapaſon.


Cap. XVIII.

Diapaſon quid.

EXcuſſit item Pythagoras ex duplicato pondere conſonantiarum omnium ſuauiſſimam Diapaſon præſtantiſſimam, pulcherrimamque, vt ait Ariſtoteles: tum quia integris terminis continetur, tum etiam quia ipſos duos primigenios concentus amplectitur: dicitur autem contineri integris terminis, quia cum proueniat à proportione duplari, comparatio ipſius proportionis non eſt totius ad partem, vt reliquæ, ſed totius ad totum: continere autem primigenios concentus dicitur, quia dupla proportio à proportionibus, à quibus duæ illæ conſonantiæ prodeunt, recte conflatur, vt ſunt quatuor ad tria, à qua Diateſſaron, & tria ad duo, à qua

Digitized by Google

qua Diapente: etenim ſi ducantur maiores numeri per maiores, videlicet quatuor per tria, conſurgent duodecim: at minores per minores, vt ſunt tria per duo, efficiunt ſex, qui aduerſus duodecim duplam conſtituunt proportionem: ex qua (vt diximus) conſonantia ipſa vniuerſalis educitur, vt clarius in chordotono quilibet hoc (quod diximus) experiri poterit: extenta tamen chorda conſtante ex partibus tribus: deinde ipſam in partem proportionis deprimat, videlicet inter duo & vnum, quoniam in proportione duplari pars maior grauiorem vocem tinniet A. videlicet Hypatenhypaton: minor vero acutiorem aliud A. id eſt Parameſen: admittit autem octo voces, ſpatia ſeptem, tonos quinque, hemitonia duo, vt in hac figura:




De Bisdiapaſon.

Cap. XIX.

ACcedit ad hoc illud præcipuum, quod nulla conſonantiarum (præterquam Diapaſon) duplicata concinit: firmatur hoc grauiſſimo teſte Ariſtotele, qui, aſſiſtens Pythagoreis, ait conſonantias non poſſe elici ex eo proportionum genere, quod non ſit aut in multiplici, aut in ſuperparticulari: de quo poſtea dicemus. Nunc autem illud tantummodo dicimus, quod hæc conſonantia duplicata, quæ Bisdiapaſon inſcribitur, quindena eſt, quindecim enim admittit voces, & bis ſeptem ſpatia, atque etiam tonos decem, hemitonia quatuor: nam prouenit à dupla proportione geminata, quæ quidem eſt quadrupla: ſi enim ducantur maiores numeri per ſeipſos, vt duo per duo: conſurgent quatuor [illegible] vero minores per minores, hoc eſt vnum per vnum, efficitur vnitas. [illegible]atuor igitur aduerſus vnum, quadrupla proportio eſt ſub genere mu[illegible]plici, quoniam maior numerus minorem quater abſolute continet: coniuncti autem ſimul quinarium efficiunt numerum: quod ſi diuidatur chorda in partes proportionis, ac in eo puncto prematur, educitur ab ea parte, quæ conſtat ex quatuor, vox grauior G. ab altera vero vox acutior G. Ambæ autem ſimul ſi pulſentur, ſymphoniam edunt Bisdiapaſon, quæ inter Proslambanomenon & Netenhyperboleon continetur: vt in ſequenti figura quilibet facilius perſpicere poteſt.

Neu-

Digitized by Google


648
G Netehyperboleon.
729
F Paranetehyperboleon.
768
E Tritehyperboleon.
864
D Netediezeugmenon.
972
C Paranetediezeugmenon.
1024
b Tritediezeugmenon.
1152
A Parameſe.
1296
G Meſe.
1458
F Lichanosmeſon.
1536
E Parhypatemeſon.
1728
D Hypatemeſon.
1944
C Lichanoshypaton.
2048
Parhypatehypaton.
2304
A Hypatehypaton.
2592
G Paralambanomenos.
to
te
Diapente.
Diateſſaron.
Diapaſon.
Ex proportione quadrupla.
Bis Diapaſon.
1/4

De Dia-

De Diapaſon cum Diapente coniuncta.


C A P. X X.

SEd duæ aliæ conſonantiæ neque duplicatæ, neque inuicem coniunctæ ad melos tinniunt, quia proportiones, in quibus ipſæ conſiſtunt, non ſunt duplæ, neque triplæ, neque quadruplæ, neq; ſeſquialteræ, neque ſeſquitertiæ, neque ſeſquioctauæ: quæ omnes aut ſunt ſub genere multiplici, aut ſuperparticulari. Multiplex quidem genus eſt, quando maior numerus habet minorem bis, ter, vel quater, ſeu quemcunque alium complecti poteſt abſolute ſine redundantia, aut defectu. Dupla, vt duo ad vnum, habet minorem bis ſine aliquo defectu, aut exceſſu: tripla, vt tria ad vnum, habet minorem ter, & quadrupla, vt quatuor ad vnum, quater. Sub altero autem genere, ſcilicet ſuperparticulari, continentur tres aliæ ſpecies proportionum, conſonantias edentes, videlicet, ſeſquialtera, ſeſquitertia, & ſeſquioctaua. Superparticulare genus eſt, quando maior numerus habet minorem ſemel, & inſuper eius dimidiam, vel tertiam, vel octauam partem. Diximus has conſonantias neque duplicatas, neque inuicem iugatas concinere. Diapente tamen cũ prçſtantiſſima conſonantiarum Diapaſon ſine controuerſia conſonum ſonum edere, & inter conſonantias adſcribi debere, Muſici omnes conſentiunt, ſiquidem procreatur à tripla proportione, quæ ſub multiplici genere continetur, quæ quidem proportio poteſt etiam elici ex duabus aliis habitudinibus, vt à duplari, ſicut duo ad vnum, à qua Diapaſon, & à ſeſquialtera, à qua Diapente, vt tria ad duo. Nam ſi ducantur maiores numeri per maiores, videlicet duo per tria, cenficiunt ſex: & minores per minores, id eſt, vnum per duo, conſurgent duo. Sex itaque aduerſus duo tripla proportio eſt, à qua (vt diximus) Diapaſon cum Diapente coniuncta prodit; quæ quidem conſtat ex vocibus duodecim, ſpatiis vndecim, tonis octo, & tribus hemitoniis, quemadmodum in hac figura deprehendi poteſt.

Genus multiplex.

Genus ſuperparticulare.

Digitized by Google


2592
G Proſlambanomenos.
2304
A Hypatehypaton.
2048
Parhypatehypaton.
1944
C Lichanoshypaton.
1728
D Hypatemeſon.
1536
E Parhypatemeſon.
1458
F Lichanosmeſon.
1296
G Meſe.
1152
A Parameſe.
1024
Tritediezeugmenon.
972
C Paranetediezeugmenon.
864
D Netediezeugmenon.
Diapaſon.
Diapente.
Ex proportione tripla.
Diapaſon cum diapente coniuncta.

De Diapaſon cum Diateſſaron copulata.

Cap. XXI.

At Diapaſon cum Diateſſaron copulata tinnitus conſonos edere contra Pythagoricas leges Ptolemæus affirmat: quippe cum Diapaſon ſit conſonantia æquiſona, quæ eo temperamẽto ſe ad aures inſinuat, vt non duæ chordæ, ſed vna tantum eſſe exiſtimetur, cumque conſonantia ſit concinnitas quædam atque concordia diſſimilium vocum in vnum redacta, conſentaneum eſt, vt ſi vna chorda poteſt cum conſonantia copulari, poſſit etiam Diapaſon cum Diateſſaron ſine auditus offenſione coniungi. Sed Pythagorici, quamuis æquiſonam eſſe Diapaſon, non diffiteantur: negant tamen à proportione ſuperpartiente poſſe aliquo pacto conſonantiam educi. *Proportio ſuperpartiens.* Eſt autem ſuperpartiens proportio, quando maior numerus continet minorem, & non modo vnam eius partem, verum plures, vt ſe habent quinque ad tria: quinque enim continet tria, & nec ſolum vnam eius partem, verum plures, vt pote duas: & quia ſub ſe continet ſpecies, ſi contineat totum numerum minorem & duas eius partes, talis ſpecies *Species ſuperbipartiens.* ſuperbipartiens appellabitur: ſi autem maior numerus contineat minorem, & tres etiam eiuſdem partes, erit alia ſpecies ſupertripar- *Species ſupertripartiens.* tiens nuncupata, veluti ſeptem ad quatuor: & ſic per alias ſpecies: & cum non ſit inter extremos numeros huiuſcemodi proportionis ad melos habitudo conueniens, non erit conſonantia: cui quidem opinioni ipſe etiam Ariſtoteles in problematibus adſtipulatur. Huius autem concinnitatis ratio à Boetio ita colligitur, vt conſonantiæ in illis tantum generibus reperiantur, quæ communem menſuram obtinent: vt vbi ſit illa pars, quæ eſt differentia vtriuſque numeri ſuperantis & ſuperati, metiatur vtroſque terminos: vbi autem non metitur, nullo pacto poteſt eſſe proportio conſonantiam procreans: verum quia in duobus illis tantum generibus, de quibus dicemus, reperitur differentia terminos metiens, in illis tantum erit proportio, à qua conſonantia poſſit educi, in aliis vero nequaquam. Atque vt exemplo id, quod dicimus, innoteſcat, incipiemus à multiplici genere, quod eſt, quando maior numerus continet minorem aliquoties abſque redundantia, & defectu: & ſimiliter habet ſpecies ſub ſe quatenus continet illum: quia ſi bis continebit minorem, dupla vocabitur, ſi ter, tripla, veluti nouem ad tria, ſi quater, quadrupla, vt duodecim ad tria, & ſic de aliis: ſub quo dupla proportio continetur, ſiquidem duo ad

quatuor,

Digitized by Google

quatuor, dupla eſt: differẽtia inter hos duos numeros dualitas eſt, quæ vtroſque metitur: nam ſi ſumatur ſemel, minor numerus erit: at ſi bis, maior. Eodem modo vnum ad duo vnitas eſt differentia ſimul & metiens. Idem euenit in ſuperparticulari genere. Eſt autem ſuperparticulare genus, quando maior numerus cõtinet minorem ſemel, & inſuper aliquam eius partem: quod habet ſpecies ſub ſe, nam ſi contineat minorem numerum, & inſuper mediam eius partem, talis ſpecies ſeſquialtera vocatur, veluti tria ad duo, ſex ad quatuor: ſi vero totum minorem numerum & tertiam eius partem, vt ſunt quatuor ad tria, ſpecies ſeſquitertia vocatur, & ſic de aliis ſpeciebus: ſi modo quatuor referantur ad ſex, quæ proportio ſeſquialtera eſt: binarius numerus erit differentia, vt qui vtroſque metitur: bis enim ſumptus minorem numerum reddit, videlicet quatuor, ſi ter ſumatur, maiorem, vt ſex. Item in ſeſquitertia, quia ſex ad octo, binarius etiam eſt differentia & metiens: quoniam ſi ſumatur ter, minorem numerum reddit, vt ſex: maiorem vero, ſi quater, vt octo. Eodem modo in proportione Epogdoa: octo autem ad nouem vnitas eſt differentia, eademque metiens: octies enim ſumpta minorem reddit numerum, nouies vero maiorem. At in cęteris generibus ratio hæc non commeat: nam in ſuperpartiente, ſi comparetur ternarius quinario, differentia, quæ erit dualitas, non metitur: quia ſemel ſumpta, non reddit minorem: bis vero excedit: item ſi bis ſumatur, non efficit maiorem: ſi ter, redundat. Eodem pacto decem ad ſex, quindecim ad nouem, ſeptem ad quatuor: in compoſitis autem generibus itidem. Quandoquidem in multiplici ſuperparticulari genere, quod eſt, quando numerus maior continet minorem totum pluries, & aliquam inſuper eius partem, veluti quinque ad duo: quinque enim continet duo pluries, & inſuper aliquam eius partem, & habet ſpecies ſub ſe: nam ſi maior contineat minorem bis & mediam eius partem, dicetur duplum ſeſquialterum: ſi autem ter & mediam eiuſdem partem, veluti ſeptem ad duo, dicetur triplum ſeſquialterum; ſi autem quater & etiam dimidiam eius partem, vt nouem ad duo, dicetur quadruplum ſeſquialterum in proportione tantum dupla ſeſquialtera, quæ eſt quinque aduerſus duo, ternarius numerus erit differentia, & nullum metitur numerum, non minorem, quia ſemel ſumpta excedit: ſin autem ſemel à maiori ſumatur, minuitur, ſi bis, redundat. Conſimili modo decem ad quatuor, quindecim ad ſex, in tripla ſeſquialtera itidem, quia ſeptem ad duo quinarius eſt differentia, ſed minorem excedit numerum; à maiori deficit ſemel ſumptus; bis vero, ſuper excedit. In alio autem genere compoſito, vt in ſuperpartiente multiplici, quod erit quando numerus maior minorem continebit pluries & etiam plures eius partes, videlicet octo aduerſus tria, & habet etiam ſpecies ſub


ſe; nam ſi contineat bis numerum minorem, & duas etiam eius partes, vt in exemplo poſito, erit duplum ſuperbipartiens: ſi autem ter & duas eius partes, triplum ſuperbipartiens, veluti vndecim aduerſus tria: nam vndecim continet ter numerum ternarium, & duas eius partes, & ſic de aliis: octo enim ad tria, quinarius eſt differentia: & non ſolum non metitur vtroſque, ſed nullum: nam ſemel ſumptus minorem excedit, à maiori ſuperatur: at ſi bis ſumatur, ambos exſuperat. Ad hæc cum ſimilitudo ſit ſemper aſſecla, & quaſi comes conſonantiæ, & ſimilitudo non reperiatur, niſi in illis, quæ diximus, duobus generibus: conſentaneum eſt, vt in his tantum conſonantiæ inueniantur: nam duplum quo pacto poteſt intelligi niſi, quod bis ſimplum ſit? & triplum, niſi ter? & ſeſquialterum, niſi bis medium? & ſeſquitertium, niſi ter triens? & ſeſquioctauum, niſi octies octaua pars? quæ quidem in aliis generibus non inuenies: quoniam quinque ad tria nec ſemel medium eſt, nec bis, nec totum ad quinque. Item octo ad tria & ſimilia his. Quare cum hæc ipſa conſonantia, de qua loquimur, in nullo eorum, quæ diximus, generum contineatur, (cum exeat Diapaſon ex proportione duplari, vt duo ad vnum: Diateſſaron vero à ſeſquitertia, vt quatuor ad tria) ſi ducantur maiores numeri per maiores, videlicet quatuor per duo, conſurgent octo: minores autem per minores, vt vnum per tria, prouenient tria. Octo igitur aduerſus tria, proportio eſt dupla ſuperbipartiens tertia, quia maior numerus habet minorem bis, & inſuper duas ipſius partes.

Similitudo aſſecla conſonantiæ.

Iccirco Pythagorici aſſerunt, Diapaſon cum Diateſſaron coniunctam, diſſonam vocem edere. Quod ſi ratio hæc non placet, quamuis dignior ſenſu ſit, poteſt tamen quilibet in chordotono dignoſcere, extenta neruia conſtante ex vndecim partibus, & in punctum ſuæ proportionis depreſſa, atque appulſa in ambabus partibus, fragor an modulamen ab ipſa colliſione diſſultet.

Diapaſon cum Diapente diſſonam muſicã edunt, quia in eſt proportio ſuperpartiens.

Parant-


972
C Paranetediezeugmenon.
re
1024
b Tritediezeugmenon.
to
1152
A Parameſe.
to
1296
G Meſe.
to
1458
F Lichanosmeſon.
re
1536
E Parhypatemeſon.
to
1728
D Hypatemeſon.
to
1944
C Lichanoshypaton.
re
2048
b Parhypatehypaton.
to
2304
A Hypatehypaton.
to
2592
G Proslambanomenos.
Dupla proportio Diapaſon.
Diapaſonenm Diateſſaron coniuncta non aptatur ad melos.
Duplaſuperbipartiensteria.
Seſquitertia Diateſſaron.

De ſpeciebus conſonantiarum, & tropis Muſicis.

CAP. XXIII.

HActenus de conſonantiis & à quibus proportionibus eduxit eas Pythagoras, nunc autem earum ſpecies & tropos Muſicos adnectamus. Nam antiquiores Græci, qui in arte Muſica ea tempeſtate habebantur eximii, Muſicos tropos ſecundum nomina regionum, à quibus hi habuerunt originem, Dorium, Phrygium, & Lydium nuncuparunt. Sed Dorium rebus ſeriis, Phrygium bello, Lydium excitandæ menti adhibuerũt. Mox alii & quidem docti homines hos tropos non ſecundum gentium denominationem, ſed iuxta numerorum formulam appellauerunt. Vt qui primus eſſet in ſerie ipſa, non Dorium, ſed Protum dicerent: ſequentem vero non Phrygium, ſed Deuterum: alterum Tritum, poſtremum vero Tetartum. Et in his legem impoſuerunt, vt eorum quilibet admitteret voces quindecim. Nam à Proſlambanomeno ad Neten hyperboleon quindecim voces ſunt. Noſtrates autem & regionum & numerorum nomina complectentes, omnes Muſicos tropos in partes octo diuiſerunt, ſuum vnicuique tropo ſocium addentes, videlicet Subdorium Dorio, Subphrygium Phrygio, Sublydium Lydio, Submixolydium autem Mixolydio. A quibus octo variis licet modis priores emanarent conſonantiæ Diapente, ac Diateſſaron: & ab his duabus coniunctis tam in aſcenſu, quam in deſcenſu innoteſceret Diapaſon. Verum cum inueniantur hi tropi in locis quatuor, ſcilicet in Hypatemeſon, Parhypatemeſon, Lichanomeſon, & Meſe, in quolibet horum locorum bini inueniuntur. In priori quidem loco Dorius & Subdorius: ſed Dorius, qui princeps eſt, ſublimis: Subdorius vero iugatus. Quem ſublimem dicimus, recentiores obtrito quodam vocabulo, non ſublimem, ſed auctenticum nominant, iugatum vero placalem: ſequenti autem in loco inueniuntur Phrygius & Subphrygius: in tertio Lydius & Sublydius: in quarto Mixolydius & Submixolydius. Qui ita quidem diſponuntur, vt quolibet in loco prior quidem ſublimis ſit, ſequens vero iugatus. Et hi octo tropi in quatuor, quos diximus, locis ſunt. Sed antequam à tropis omnino digrediamur: cum quilibet eorum conſtituatur, & conſtet ex ſpeciebus conſonantiarum, non grauabimur adiicere, quæ & quot ſpecies ſunt vniuſcuiuſque conſonantiæ, quæ ad ipſos tropos pertinent, cum prius debeant innoteſcere componentia, quam compoſita. Quare cum habeat Diateſſaron quatuor voces & tria ſpatia, vt ſæpe teſtati ſumus: & in ipſis ſpatiis duo toni & hemitonium illud, quod dicitur minus, collocentur, contingit ſemper variari ſpecies, ſicut ipſum hemitonium per ſpatia variatur. Nam quamuis ſpecies Diateſſaron ſub vno genere

Tropus muſicus triplex.

Singuli ad quas res aptentur.

Ab aliis aliter nominati, ac ſubdiuiſi.


genere contineantur: tamen, cum in eo ſint tria interualla, tres amplius ſpecies ipſum habere, neceſſe eſt: quoniam hemitonium, cuius cauſa demutatur, non poteſt vltra quam ſint ſpatia, progredi. Nam aut in primo, aut in medio, aut in poſtremo loco conſtituitur. In medio quidem prima ſpecies eſt: in primo altera, quæ ſequitur: in poſtremo tertia. Iccirco tres erunt ſpecies, & non plures, cum non poſſit niſi in his, quos diximus, locis hemitonium collocari. Sed quoniam hæ quatuor voces nunc extenduntur ſine aliqua conciſione, nunc prima & vltima, omiſſis aliis, aſſurgit, & concinit, nunc prope has alia decantatur: dummodo ſimilis vocum tranſitus obſeruetur, collocetur que in ſuo loco hemitonium minus, licet diuerſimode modulentur; ſemper tamen eadem ſpecies in ipſa vocum diuerſitate perſiſtet. Diapente vero vnam tantum ſibi vocem aſciſcit ſupra Diateſſaron. Quinque igitur erunt voces & ſpatia quatuor: hæc tres tonos admittit & hemitonium minus, à quo quatuor ſpecies ſecundum ipſius hemitonii variationem in ſuis ſpatiis peræquantur. Exiſtens enim in ſecundo loco primam ſpeciem procreat: in primo vero ſecundam: in quarto tertiam: & in tertio quartam. Plures autem ſpecies in Diapente non ſunt: cum non contingat amplius, quam in his quatuor ſpatiis hemitonium collocari. Nihil eſt tamen, quod prohibeat, vnamquamque ſpeciem tot indiuidua complecti: quot modis poſſint voces, à quibus conflatur Diapente, variari. Nam aliquando ſine intermiſſione pro arbitratu componentis cantus protrahitur: quandoque prima vox, & vltima, relictis mediis, reſonat: ſæpenumero prima cum proxima atque etiam vltima. Nec tamen obſtat hæc inconſtantia, quin hæ congeries ſub ſua ſpecie nominentur, modo ſimilis vocum tranſitus non deprauetur, & ſuo collocetur loco hemitonium. Diapaſon autem conſonantia complectitur Diateſſaron ac Diapente. Quare octo voces, & ſeptem ſpatia, ſeptem etiam ſpecies ab ea comprehendi neceſſe eſt: quæ variantur ſicut in diuerſis locis duo minora hemitonia ſtatuuntur. Etenim quinque tonos, & duo hemitonia continet. Nec ſubeſt vlla inter autores diſſenſio, quod in qualibet ſpecie poſſint voces, perinde vt in aliis vltro citroque variari, dimitti, atque aſſumi canentis arbitrio ſine aliqua deprauatione cantilenæ, modo idem tranſitus obſeruetur, & in locis propriis hemitonia collocentur. Quemadmodum enim variæ ſpecies ſub vno genere conſtituuntur, quamuis diuerſo modo ſe habeant, acumineque & grauitate varientur: Ita ſub vna ſpecie poſſunt multiplices cantilenarum formulæ permanente ſpecie demutari.

De De-

De Dorio ſublimi.

Cap. XXIV.

DOrius, qui eſt primus tropus ſublimis, formatur ex prima ſpecie Diapente, quæ incipit ab Hypatemeſon aſcendendo vſque ad Parameſen: & adhuc ſuperius ex prima ſpecie Diateſſaron, quæ incipit ab eadem Parameſe aſcendendo vſq; ad Notendiezeugmenon. Ambæ hæ iugatæ formant quartam in ſerie Diapaſon, & pro ipſius tropi perfectione additur tonus ſimplex, qui incipit ab Hypatemeſon deſcendendo ad Lichanonhypaton.




De Hyp-

Digitized by Google

De Hypodorio Iugato.

CAP. XXV.

HYpodorius, qui eſt ſecundus tropus iugatus, conflatur ex prima ſpecie Diateſſaron, quæ eſt ab Hypatemeſon, deſcendendo vſque ad Hypatenhypaton, & ex prima ſpecie Diapente, quæ incipit ab Hypatemeſon, aſcendendo vſque ad Parameſen. Et ambæ primam ſpeciem Diapaſon conſtituunt.




Digitized by Google

De Phrygio ſublimi.

Cap. XXVI.


PHrygius, qui eſt tertius tropus ſublimis, conſtituitur à ſecunda ſpecie Diapente, quæ incipit à Parhypatemeſon, aſcendendo vſque ad Tritendiezeugmenon: & ex ſecunda ſpecie Diateſſaron, quæ incipit ab ipſa Tritediezeugmenon, amplius aſcendendo vſque ad Tritenhyperboleon: quæ ambæ quintam ſpeciem Diapaſon conſtituunt. Et pro perfectione Phrygii additur tonus ſimplex, qui incipit à Parhypatemeſon, deſcendendo ad Hypatenmeſon.



De Hypophrygio iugato.

CAP. XXVII.

HYpophrygius,qui eſt quartus tropus iugatus, componitur ex ſecunda ſpecie Diateſſaron, quæ incipit à Parhypatemeſon,deſcendendo vſque ad Parhypatenhypaton: & ex ſecunda ſpecie Diapente, quæ incipit à Parhypatemeſon, aſcendendo vſque ad Tritendiezeugmenon. Et ambæ procreant ſecundam ſpeciem Diapaſon.




De Lydio ſublimi.

CAP. XXVIII.

LYdius, qui eſt quintus tropus ſublimis, prouenit à tertia ſpecie Diapente, quæ incipit à Lichanomeſon, aſcendendo vſque ad Paranetendiezeugmenon: & item ex tertia ſpecie Diateſſaron ſuperius, quæ

Incipit à Paranetediezeugmenon, aſcendendo vſque ad Paraneten hyperboleon. Et ambæ faciunt ſextam ſpeciem Diapaſon. Et pro eius perfectione, cum ſit ſublimis, oportet addere tonum. Verum quia & deſcendendo occurrit ei prius ſemitonium, quam tonus, neceſſe eſt progredi vſque ad tonum. Quare, cum intercidat ſemitonium, additur tonus: ex quibus efficitur ſemiditonus, qui eſt à Lichanomeſon, deſcendendo ad Parhypatenmeſon per ſemitonium, & ab eodem ad Hypatenmeſon per tonum, vt in hoc diagrammate.




De Hy-

Digitized by Google

De Hypolydio iugato.

CAP. XXIX.


HYpolydius, qui eſt ſextus tropus iugatus, efficitur ex tertia ſpecie Diateſſaron, quæ incipit à Lichanomeſon, deſcendendo vſque ad Lichanonhypaton: & ex tertia ſpecie Diapente, quæ incipit à Lichanomeſon, aſcendendo vſque ad Paranetendiezeugmenon. Et ambæ conſtituunt tertiam ſpeciem Diapaſon.



De Myxolydio ſublimi.

Cap. XXX.

MYxolydius, qui eſt ſeptimus tropus ſublimis, dependet à quarta ſpecie Diapente, quæ incipit à Meſe, aſcendendo vſque ad Netendiezeugmenon: & ex prima ſpecie Diateſſaron ſuperius, quæ incipit à Netediezeugmenō, aſcendendo vſque ad Netenhyperboleon. Et ambę formant ſeptimam ſpeciem Diapaſon. Et pro perfectione Myxolydii additur tonus ſimplex, qui incipit à Meſe, deſcendendo ad Lichanonmeſon.




Digitized by Google

De Hypomyxolydio iugato.

CAP. XXXI.

HYpomyxolydius, qui eſt octauus tropus iugatus, deducitur à prima ſpecie Diateſſaron, quæ incipit à Meſe, deſcendendo vſque ad Hypatenmeſon: & ex quarta ſpecie Diapente, quæ incipit à Meſe, aſcendendo ad Netendiezeugmenon. Et ambæ faciunt quartam ſpeciem Diapaſon: (quamuis alii aliter ſentiant) quoniam hemitonium in ſecundo & ſexto ſpacio collocatur: & non conuenit aliquod particulare omnino ſpecie priuari, ideo in quarta ſpecie collocauimus.




Eſt pr-

De Myxolydio ſublimi.

CAP. XXX.


MYxolydius, qui eſt ſeptimus tropus ſublimis, dependet à quarta ſpecie Diapente, quæ incipit à Meſe, aſcendendo vſque ad Netendiezeugmenon: & ex prima ſpecie Diateſſaron ſuperius, quæ incipit à Netediezeugmenō, aſcendendo vſque ad Netenhyperboleon. Et ambę formant ſeptimam ſpeciem Diapaſon. Et pro perfectione Myxolydii additur tonus ſimplex, qui incipit à Meſe, deſcendendo ad Lichanonmeſon.



De Hypomyxolydio iugato.

CAP. XXXI.

HYpomyxolydius, qui eſt octauus tropus iugatus, deducitur à prima ſpecie Diateſſaron, quæ incipit à Meſe, deſcendendo vſque ad Hypatenmeſon: & ex quarta ſpecie Diapente, quæ incipit à Meſe, aſcendendo ad Netendiezeugmenon. Et ambæ faciunt quartam ſpeciem Diapaſon: (quamuis alii aliter ſentiant) quoniam hemitonium in ſecundo & ſexto ſpacio collocatur: & non conuenit aliquod particulare omnino ſpecie priuari, ideo in quarta ſpecie collocauimus.



Eſt pr-

Eſt præterea conſentaneum, vt hoc potiſſimum loco ſubnectatur, quod ſi qui tropi in quacunque ſerie reperiantur per notulam vel per duas aut plures diatonice ductas excedere Diapaſon in acutum: ſi ſublimes fuerint, vel ſi mauis dicere, auctentici: plusquam perfecti à Muſicis appellantur, prout magis vel minus excellunt. Idem erit iudicium de iugatis, ſeu placabilibus: ſi magis, quam par eſt ad imum feſtinant. At ſi non attingunt Diapaſon, tanto minus habentur perfecti, quanto ab ipſa perfectione deficiunt, tam ex parte Diapente vel Diateſſaron, quam ex parte vtriusque. Hoc idem in deſcenſu: ſi qui ex iugatis minus quam par eſt, verſus graue accedunt, deficientes appellantur, ſicut exigit ipſe defectus. Appellantur quoque miſti: ſi quis Tetrachordum alterius ſui iugati attigerit, aut totum, aut plures eius partes, aut ſaltem duas chordas, vt eſt cernere in hoc ſeptimo ſupra exarato diagrammate. Nam ſi deſcendit ad Meſen vſque, & amplius per conceſſum ſibi tonum ad Lichanonmeſon, atque etiam amplius, ſi feſtinat ad Hypatenmeſon, quoniam accipit de ſuo iugato, miſtus dicetur. Idem erit exemplum in octauo tropo iugato: cuius vox ſuprema eſt Nete diezeugmenon: ſi attingit in aſcenſu Tritenhyperboleon vel ſupra, cum ſit vox ſui ſublimis, dicetur etiam miſtus. Hac igitur ratione deprehenditur, quod tam in aſcenſu iugatus, quam in deſcenſu ſublimis tropus, ſi de ſuo compari aliquas partes ſibi aſſumit, recte miſtus poſſit appellari. Commiſtus vero tropus dicitur, ſi cum auctentico copulantur ſpecies alterius, quam ſui ducis, vt in ſe contineat formas imparis conſonantis. Enormis autem dicitur, ſi extra conſtitutam chordam terminabitur, cum omnes tropi neceſſario terminentur, in locis quatuor, vt ſunt primus, & ſequens in Hypatemeſon: tertius & quartus in Parhypatemeſon: quintus & ſextus in Lichanomeſon: ſeptimus vero atque octauus in Meſe. Iccirco dicuntur enormes ſiue irregulares, ſi quando præter ſupradicta loca reperiuntur. Non eſt igitur imitanda huiuſcemodi enormis cantilena, attamen toleranda.

De Phthongis, Diaſtemate & Syſtemate.

Cap. XXXII.

Phthongus. Diaſtema. Syſtema.

DE Phthongis, Diaſtemate & Syſtemate, ne omnino è memoria prætereantur, hoc tantum perſtringemus, quod Phthongus eſt vox ſiue grauis, ſiue acuta vtcunque emiſſa: Diaſtema eſt diſcrimen inter ipſas voces: Syſtema vero conſtitutio eſt, veluti corpus modulatione ſuffartum ex coniunctione ſymphoniarum: perinde ac à Proſlambanomeno ad Meſen connumeratis aliis interiacentibus vocibus. Itidem à Meſe ad Netenhyperboleon.

De modu-

Digitized by Google

De modulandi generibus.

Cap. XXXIII.

Modulandi genera tria eſſe affirmant Muſici: Diatonicum: Henarmonicum: & Cromaticum. Diatonicum eſt, quod in omnibus tetrachordis, ſi in acutum progreditur, per hemitonium & duos tonos modulationem integram complet: ſi vero in grauem, per tonum, & tonum, & hemitonium. Dicitur autem Diatonicum, quaſi extenſum, ac tonis abundantibus: ſiquidem per hoc genus vehementi quodam impulſu extenditur vox: & eſt id gratius auribus naturaliusque. Henarmonicum vero pluribus, & anguſtioribus ſpatiis abundat, & à ſolis eruditiſſimis concinitur. Hinc dicitur Henarmonicum, quod inter omnes modulatus obtinet principatum: continetur enim ab immutabilibus ſonis: & accipit modulationem: in acumen quidem per dieſim, & dieſim & Ditonum: in grauem vero per contrarium. Cromaticum autem mutat modulandi modum à Diatonico: etenim eius Tetrachordum non per tonum, & tonum, ac ſemitonium: ſed per ſemitonium, ac ſemitonium: atque inſuper per tria ſemitonia concinitur in acutum: verum è diuerſo in grauem. Hoc genus affectibus plenum nimis ac molle, & à quibusdam dicitur lamentabile. Nominatur vero Cromaticum à colore, quoniam à ſuperficie in ſuperficiem mutari ſolet: Tetrachordum enim generis Cromatici à Tetrachordis aliorum generum variatur. Eſt autem Tetrachordum ſeries quædam chordarum inter ſe concordantium: conſtantque Tetrachorda ex principalibus, mediis, coniunctis, ſeparatis, excellentibus. Primum ab Hypatehypaton ad Hypatenmeſon: ab Hypatemeſon ad Meſen: à Parameſe ad Netendiezeugmenon: à Nete ad Netenhyperboleon. Verum inter hæc quatuor Tetrachorda hoc intereſt, quod inter primum & ſequens Tetrachordum: & inter tertium & quartum coniunctio illa media eſt: quæ dicitur Synaphe. Eſt autem Synaphe inter Tetrachorda vox media, quæ verſus Hypatenhypaton grauiſſima eſt, verſus Neten acutiſſima. Sed Diazeuſis diſiunctio eſt, quando duo Tetrachorda non coniunguntur, ſed toni diſtantia ſeparantur. Additur etiam Tetrachordum coniunctarum, à Meſe ad Netenſinenmenon. Igitur quinque erunt Tetrachorda & non amplius.

Diatonicum quid.

Henarmonicum quid.


Genus Cromaticum.

Tetrachordũ.

Synaphe quid.

Diazeuſis quid.


Digitized by Google


Tetrachordum principalium.
Tetrachordum mediarum.
Tetrachordum coniunctarum.
Tetrachordum ſeparatarum.
Tetrachordum excellentium.
Synaphe.
Meſe.
Triteſinenme.
Paraneteſinenme.
Neteſinenme.
Diezeuſis.
Tonus
2504
A Hypatehypaton.
2048
♮ Parhypatehypaton.
1944
C Lichanoshypaton.
1728
D Hypatemeſon.
1536
E Parhypatemeſon.
1458
F Lichanosmeſon.
1296
G Meſe.
1152
A Parameſe.
1024
♮ Tritediezeugmenon.
972
C Paranetediezeugmen.
864
D Netediezeugmenon.
768
E Tritehyperboleon.
729
F Paranetehyperbol.
648
G Netehyperboleon.


Accom-

Interferatur pag. 58. & 59. lit. H. ante verba: *Accommodata ſunt duo hæc ſyſtemata, &c.*

DISPVTAT. DE VIRT. MOR. LIB. I.



Syſtema Diatonici generis cum ſpeciebus.



Accommodata ſunt duo hæc ſyſtemata, vt in primo contineantur tria illa, quæ diximus, genera modulandi, non diſiuncto ac ſeparato examine, ſed iugato connexoque: ne omnino prætereantur, cum ſint obſeruatione digniſſima. In altero autem ſeparata deſcriptione ſubiunximus iterum conſonantiarum ſpecies, quæ ſub Diatonico genere coarctantur. Itaque conſonantias omnes perfectas tam iugatas, quam ſimplices in eo appoſuimus, antequam cantilenarum ſtructuras aggrederemur. Illud omnino non omittendum, ne ea, quæ hactenus deſcripta ſunt, difficultatem legentibus pariant ob variationem acquiſiti, cum diuerſimode ſoleant Muſici initia ſumere. Diuerſimode, inquam, quia nunc incipiunt à grauiſſima Hypate, nunc ab acquiſito: Siquidem ſi Biſdiapaſon appingitur, in quo quindecim voces requiruntur, apponitur acquiſitum: in aliis vero, præcipue in tropis, ab Hypatehypaton: à qua omnes ſpecies vniuſcuiuſque conſonantiæ ſumuntur. Quare non eſt incongruum: Proſlambanomenō modo grauiſſimū locum habere, vt acquiſitum: modo autem, vt Hypatenhypaton: quippe cum deceat Muſicum impenſius ad veritatem reſpicere, quam ad locum.

De cantilenarum ſtructura, & vocum perfectarum, atque imperfectarum diuerſitate.

CAP. XXXIV.

SEd nunc ad ipſum Pythagoram redeamus, qui cum maxime his meditationibus delectaretur, inſtituit, vt Pythagoræi omnes & obdormiſcerent, & expergiſcerentur cantibus: ne mens, diurnis exagitata curis, inquietum ſomnum efficeret, aut conſopita nimis, poſt quietem in obeundis negotiis omnino torpeſceret. Quapropter facturum me puto rem planè non improbam, ſi aliquid de cantilenarum ſtructura perſtrinxero, & huic commentariolo appoſuero: vt cum, tu fili, arduis, familiaribusve negotiis defeſſus fueris, Muſicis fomentis Pythagorico more acquieſcas. Licet paulo ante dixerim, me nunquam vel à puero ceciniſſe, vice tamen cotis (vt ait Flaccus) expers ipſe canendi tua cauſa fungar. In qualibet igitur cantilenæ ſtructura quatuor conſideranda vocum genera videntur, quarum duæ appellantur perfectæ, totidemque imperfectæ. Perfectæ quidem ſunt Diapente & Diapaſon, videlicet quinta & octaua: imperfectæ vero Ditonus & Exachordum. Eſt autem Ditonus vox tertia, quæ prouenit à ſerie trium chordarum, & in ſe continet

Pythagoras, & Pythagoræi cur cantibus obdormiſcebāt & excitabantur.

Ad Io. Donat. Aquiuiuum filium adhortatio proſſus heroica.


Voces perfectæ & imperfectæ.

Ditonus quid.

duo ſpatia: in quibus ſi fuerint duo toni, Ditonus dicetur integer: ſi vero obuenerint in ipſis ſpatiis tonus & hemitonium, Semiditonus appellatur. Nam à Proslambanomeno ad Parhypatenhypaton cum intermedia Hypate, dicetur Ditonus: à Pathypate vero ad Hypatenmeſon Semiditonus. Ex iis igitur duabus imperfectis vocibus conſurgit Diapente; modo Parhypatehypaton, vel alia chorda media inter Ditonum & Semiditonum deſeruiat vtriſque. Nam à Proslambanomeno ad Hypatenmeſon quinque chordæ, & quatuor interiacent ſpatia: quæ continent tres tonos & hemitonium: & ſic integra erit Diapente. Si vero huic addatur alia chorda: Exachordum efficitur: ſex enim continet chordas, & quinque ſpatia. In quibus ſi obuenerint quatuor toni & hemitonium, Exachordum integrum: ſi vero in ipſis ſpatiis accidunt tres toni & duo hemitonia, non integrum appellatur. Quod ſi huic addantur duæ aliæ chordæ: vt ſunt Lichanosmeſon & Meſe, Diapaſon perfecta efficitur. Quæ licet ipſa ſit conſonantiarum omnium perfectiſſima, tamen ſi copulatur cum imperfecta, tota illa coniunctio erit imperfecta. Si vero coniungatur cum Diapente, aut ſi duplicetur, perfecta etiam nuncupabitur. Diapente vero ſi iungatur cum Ditono aut Semiditono, aut cum Exachordo integro, vel non integro, non erit perfecta: cum Diapaſon vero, perfecta: vt patet in ſequenti figura.


Conſo-

Conſonantiæ ſimplices perfectæ & imperfectæ.



Digitized by Google

Conſonantiæ compoſitæ perfectæ & imperfectæ.



Ex iis igitur perfectis imperfectiſque vocibus cantilenæ ſtruuntur. Eſt tamen, quod enotetur, quoniam ſi vocibus abſolute perfectis, atque etiam imperfectis addatur ſeptenarius numerus, quicquid ex iis prouenit: erit perinde ac voces ipſæ per ſe, ſiue perfectę, ſiue imperfectæ fuerint. Nam ſi addantur Ditono vel Semiditono, hoc eſt tertiæ, voci ter ſeptem, conflant viginti quatuor: ſic igitur erit in infinitum progreſſus. Ita etiam ſi ipſi ſextæ, ſiue Exachordo addantur ſeptem, conſurgunt treſdecim, rurſuſq; ſeptem, erunt viginti: ſeptē quoque, viginti ſeptem, vſq; in infinitū. Idem cenſendū de perfectis vocib. Etenim ſi ipſi Diapente, quæ (vt diximus) vox quinta eſt, iungantur ſeptem: duodena vox prouenit, quæ erit Diapaſon cum Diapente: & rurſus ſeptem creſcunt in decem & nouem: ex quo numero Biſdiapaſon cum Diapente elicitur. Ipſi vero Diapaſon, quæ octaua eſt, ſi addantur ſeptem: quindena vox erit, ex qua Biſdiapaſon efficitur. Si vero iterum ſeptem, erunt duo & viginti: à quibus numeris Terdiapaſon aſſurgit: & item ſi amplius quater ſeptem, & ſic deinceps, modo chorda, quæ interiacet, deſeruiat ambabus. Eſt etiam illud digniſſimum ſcitu, quod quamuis non omnes leges obſeruentur à Muſicis, arriſit tamen pluribus, cantilenam à voce perfecta auſpicari, in ipſamque deſinere, atque etiam coniunctionem duarum perfectarum conſonantiarum deuitare, ſed in ipſarum interſtitio imperfectam vocem apponere: cauereque præcipue, ne Diapente vel Diapaſon, quæ ſunt (vt diximus) perfectæ conſonantię, mutilentur, defraudenturque ſua lege: quod hoc modo ſæpe defraudari contingit: nam cum conſtent hæ duæ perfectæ conſonantiæ, altera ex tribus tonis & hemitonio minore, altera vero ex quinque tonis ac duab. hemitoniis, admittit Diapēte perfecta commata triginta vnū: Diapaſon vero commata quinquaginta tria. Sed ſi Diapente conſtitueretur ex duob. tonis & duob. hemitoniis, admitteret tantum cōmata viginti ſex. Diapaſon vero imperfecta, ſi cōſtitueretur ex quatuor tonis & tribus hemitoniis minoribus, admitteret commata quinquaginta octo. Quare vnicuiq; ipſarum conſonantiarum deficerent quinq; commata. Ideo cauit ars, ne perfectæ hæ conſonantiæ deprauentur, efficianturque mutilæ & imperfectæ. Sed datur venia mentiendi, ſi in loco illius chordæ, quæ cum proxima referebat hemitonium, aſciſcatur fingaturque alia chorda, quæ cum proxima referat tonum. Ideoque appellatur ficta conſtitutio, quoniam non poſſunt hæ conſonantię citra mendacium emendari. Nam (vt exemplo res clarior fiat) ſi Diapente conſletur in aſcenſu à Parhypatehypaton: è diuerſo autem in deſcenſu (cum contineat hæc conſtitutio quinque chordas & quatuor ſpatia) poteſt bono periculo dici Diapente: ſed mutila


Cantilenarum inſtructio.

Res digna ſcitu.


Ficta conſtitutio in muſicis quid.

&im-

& imperfecta, quoniam inter Parhypatenhypaton & Lichanonhypaton, ſemitonium intercidit: inter Lichanonhypaton & proximam, quæ eſt Hypatemeſon, tonus: hęc vero cum ea, quæ ſequitur Parhypatemeſon, etiam tonum conſtituit: at Parhypatemeſon cum Lichanomeſon hemitonium: continent igitur duos tonos & duo hemitonia. Iccirco erit conſonantia mutila & imperfecta. Verum ſi conflectur ab Hypatehypaton ad Parhypatenmeſon, èrit integra & perfecta: quoniam tres tonos continet & hemitonium. Idem etiam contingeret, ſi quispiam inciperet à quacunque, quæ cum proxima redderet perfectam. Eodem quoque modo dicendum eſt de Diapaſon: quando erit vox integra, atque perfecta, & quando mutila & imperfecta: vt in his figuris datur cernere.



Trite-




De vocum conſonantiis, earumque cum elementis cognatione.

Cap. XXXV.

HActenus de perfectis imperfectisque vocibus. Nunc autem quomodo voces inter ſe conueniant, & quonam pacto cum elementis congruant, adiiciemus. Quatuor ſunt elementorum limites, ac tria interualla, in quibus variationes, nouationesque rerum fiunt. Ita tria in quatuor vocibus conſtituuntur ſpatia: vt in ipſis concentus, modulatusque ex permutatione vocum efficiantur. Igitur vox, quæ ima eſt, cum ſit grauiſſima: conſentaneum vtique eſt, vt comparetur terræ, quoniam infima elementorum eſt, atque grauiſſima. Pari modo non eſt diſſentaneum, vt ſumma vox, cum ſit leuiſſima, igni compatetur, reliquæ vero duæ intermediæ intermediis elementis accommodentur, videlice *Voces cum quatuor elementis perbelle comparantur.*


Digitized by Google

quæ iuxta imam admittitur, aquæ: quæ vero iuxta ignem, aeri: itaque à Muſicis ſumma appellatur Nete: & iuxta hanc Paranete apponitur: quæ vero iuxta imam, Parhypate appellatur: infima vero Hypate. Igitur ex iis vocibus, quæ elementorum ſeriem æmulantur, cum ſint accommodatæ auribus: inſtruuntur à Muſicis cantilenę: ea tamen lege, vt quotieſcunque Nete & Parhypate fuerint inter ſe vniſonæ, Hypate ſit Diapaſon, vel Diapaſon cum Ditono, vel Diapaſon cum Diapente inferius à Parhypate, pro arbitratu autoris. Quare ſi eligitur Hypate conſtitui Diapaſon abſolute, Paranete efficiatur Diapente. Sed ſi Hypate conſtituitur Diapaſon cum Ditono, Paranete ſit Diapaſon: ſi vero Hypate eligitur, vt ſit Diapaſon cum Diapente coniuncta, Paranete ſit Diapaſon cum Ditono, vel Diapaſon abſolute ſupra Hypaten: vt quilibet in huius figuræ exemplo apertius videbit.




Concin-

Concinnantur præterea huiuſcemodi voces ad hunc modum: ſi Nete,& Parhypate ſibi inuicem reſpondeant per Ditonum, vel Semiditonum: reſpondeat ipſis Hypate per Exachordum integrum, vel non integrum: vel per Diapaſon: vel per Diapaſon cum Ditono, pro arbitratu componentis: inferius tamen à Parhypate: qui ſi elegerit, vt Hypate reſpondeat per Exachordum, conſtituat Paraneten per Ditonum vel Semiditonum ſupra Hypaten. Si vero conſtituerit, vt Hypate reſpondeat per Diapaſon, Paranete efficiatur Diapente. At ſi aptetur Hypate per Diapaſon cum Ditono, Paranete conſtituatur Diapaſon ſupra Hypaten, vt in hoc diagrammate.




 Rurſus

Rurſus ſi Nete & Parhypate ſibi reſponderint mutuo per conſonantiam Diapente: reſpondeat ipſis Hypate per Exachordum integrum vel non integrum, vel per Diapaſon. Quod ſi reſponderit per Exachordum, Paranete reſpondeat per Ditonum vel Semiditonum. At ſi Hypate fuerit Diapaſon, Paranete aptetur Diapaſon cum Ditono vel Semiditono.




Digitized by Google

Item ſi per Exachordum integrum, vel non integrum Nete & Parhypate reſonauerint, conſtituatur Hypate in Ditono vel Semiditono, vel in Diapente vel in Diapaſon coniuncta cum ambabus illis, quas diximus, vocibus inferius à Parhypate pro arbitratu autoris: qui ſi elegerit conſtituere Hypaten in Ditono vel Semiditono, efficiatur Paranete in Diapente. Si vero aptauerit Hypaten in Diapente, Paranete conſtituatur Diapaſon. At ſi Hypate aptata fuerit, vt ſit Diapaſon coniuncta cum Ditono vel Semiditono, Paranete aptetur Diapaſon abſoluta, vel Diapaſon iugata cum Diapente ſuperius ab Hypate.




Præterea ſi Nete & Parhypate ita aptatæ fuerint, vt ſibi inuicem̃ reſpondeant per Diapaſon, aptetur Hypate, vt reſpondeat ambabus per Ditonum vel Semiditonum, vel per Diapente, vel per Diapaſon abſolute, vel per Diapaſon cum Ditono vel Semiditono iugata inferius à Parhypate. Quod ſi Hypate fuerit conſtituta, vt reſpondeat per Ditonum vel Semiditonum, Paranete ſit Diapente ſupra Hypaten. At ſi Hypate fuerit Diapente, Paranete ſit Diapaſon abſoluta, ſi Hypate fuerit Diapaſon abſoluta, Paranete ſit Diapaſon cum Ditono vel Semiditono, vel Diapaſon cum Diapente iugata. Sed ſi Hypate fuerit Diapaſon cum Ditono vel Semiditono, Paranete conſtituatur Diapaſon abſoluta ſupra Hypaten.




Item̃

Item ſi Nete & Parhypate fuerint Diapaſon cum Ditono vel Semiditono, Hypate reſpondeat per Diapaſon abſolute, vel per Exachordum integrum vel non integrum, vel per Ditonum vel Semiditonum inferius à Parhypate. Si vero Hypate fuerit Diapaſon abſoluta, Paranete reſpondeat ipſi Hypate per Diapente vel per Diapaſon ſupra Hypaten. Quæ ſi fuerit Exachordum, Paranete ſit Diapaſon. At ſi Hypate reſponderit per Ditonum vel Semiditonum, Paranete conſtituatur Diapaſon ſupra Hypaten.




At

At ſi Nete & Parhypate reſponderint per Diapaſon cum Diapente, reſpondeat Hypate per Exachordum integrum vel non integrum vel per Ditonum vel Semiditonum vel per Diapaſon inferius à Parhypate. Quæ ſi reſponderit per Exachordum integrum vel non integrum, Paranete reſpondeat per Ditonum vel Semiditonum, vel per Diapaſon cum Diapente ſupra Hypaten: quæ ſi reſponderit per Ditonum vel Semiditonum, Paranete conſtituatur Diapente. At ſi Hypate reſponderit per Diapaſon abſolute, Paranete efficiatur Diapente, vel Diapaſon cum Diapente ſupra Hypaten.



Rurſus

Rurſus ſi Nete & Parhypate fuerint Diapaſon cum Exachordo integro vel non integro, Hypate reſpondeat per Ditonum vel Semiditonum, vel per Diapente, vel per Diapaſon inferius à Parhypate. Si vero Hypate reſponderit per Ditonum vel Semiditonum, Paranete reſpondeat per Diapaſon ſupra Hypaten: quæ ſi fuerit Diapente, Paranete conſtituatur Diapaſon. At ſi Hypate fuerit Diapaſon, Paranete ſit Diapaſon cum Exachordo integro, vel non integro ſupra Hypaten.



Digitized by Google

Digitized by Google

Pythagoram ad vniuerſæ, ac præſertim ad humanæ naturæ arcana per Muſicam perueniſſe.

CAP. XXXVI.

HInc Pythagoras altiora rimatus, cœlum, & etiam planetas ſecundum diſtantias concinnos ſonos edere (quamuis alii aliter ſentiant) exiſtimauit: vt à terra ad Lunam eſſet diſtantia ſtadiorum fere centum viginti ſex milia, & congruere ipſi Lunę Proſlambanomenon, quod nos dicere poſſumus acquiſitum: à Luna ad Mercurium, dimidium, cui aptatur Hypatehypaton, hoc eſt, (vt ita dixerim) principalis principalium: à Mercurio ad Venerem tantundem fere, cui congruit Parhypatehypaton, ſcilicet ſubprincipalis principalium: à Venere ad Solem ter tantum, cui aptatur Lichanoshypaton, hoc eſt, index principalium, quoniam ſicut diſtat à pollice magis, quam à reliquis digitis, ita Lichanos maiori interuallo diſtat à Nete, quam ab aliis: à Sole ad Martem tantum, quantum à terra ad Lunam, cui congruit Hypatemeſon, hoc eſt, principalis mediarum: à Marte ad Iouem dimidium, cui congruit Parhypatemeſon, quod eſt ſubprincipalis mediarum: à Ioue ad Saturnum dimidium itidem, cui aptatur Lichanoſmeſon, ſcilicet index mediarum: à Saturno ad octauum orbem ſeſcuplum, cui congruit Meſe, ſcilicet media. Quare cum contineat conſtitutio hęc & orbium ſeries has conſonantias, & tot tonos, & ſemitonia, neceſſe eſt à Proſlambanomeno ad Meſen vniuerſalem concentum excitari, quem diximus Diapaſon. Inde vero Pythagoras ad natales hominum & genituras deſcendens, commentus eſt, ſeptimo menſe hominis partum explere numeros, & eſſe vitalem: quoniam harmonias ſeptimo menſe complet, quia cum conſtent harmoniæ ex ea numerorum ratione: videlicet VI. VIII. IX. XII. & in priore ſenario ſemen conceptum concoquitur & dealbatur vt lac: ſequentib. vero octo dieb. maiore concoctione rubeſcit in ſanguinem: accedentibus deinde nouem diebus denſatur, & caro efficitur: his demum duodecim poſtremis ſeqq. formatur in hominem. Ab his omnib. concentus eliciuntur: à primis ſex & octo Diateſſaron: à nouem & ſex illis primis Diapaſon. Qui numeri ſi aggregentur, efficiunt triginta quinq;: ſi vero hi per ſenariũ ducantur, ducentos & decẽ dies complent: ex quibus ſeptimeſtris partus vitalis ac maturus prodit, ſi eo tempore exire contingat, quoniam & numeros & harmo-

Pythagoras cælo & planetis hos tonos, & ſemitonia concinnauit: item homini quoad corpus, & ad animum.

nam vi numerorum ſeptimeſtris partus vitalis, ac maturus prodit in lucem.

nias expleuit. Nec iniuria hoc primum excogitauit Pythagoras, quod deinde eſt experientia comprobatum: ſenarius enim numerus, cui reliqui copulantur, τέλειος, quaſi perfectus à multis exiſtimatur; cum omnes partes contineat, ex quibus ipſe conflatur: continet autem dimidium, hoc eſt, III. ternarium ſcilicet, II. & ſextam partem videlicet I. quare cum non excedat, neque deficiat diuiſus in partes, virtutis etiam nomen obtinuit: nam reliqui numeri alii excedentes ſunt, alii diminuti: excedentes ſunt, vt XII. Eſt enim duodenarii dimidium, VI pars tertia, IV. pars quarta, III pars ſexta, II. pars duodecima, I. quæ partes ſimul aggregatę redundant in XVI. diminuti vero numeri, vt VIII. & IX. habet enim octonarius numerus partem mediam, id eſt, IV. habet quartam, id eſt, II. habet & octauam, id eſt, I. quæ cunctæ in vnum redactæ, ſeptem colligunt. Rurſus nouem habent tertiam partem, videlicet III. & nonam, id eſt, I. quæ ſi in vnum collectæ ſint, quatuor creſcunt: & ſic ad ſimilia. Perfectior tamen eſt partus nonimeſtris, quoniam ſi diuidamus decimum numerum incipientes à monade, vt ſit I. II. III. IV. deinde portiones excutiamus, vt binarius ad vnitatem: ex quo dupla proportio prouenit: ex hac proportione vniuerſalis conſonantia editur, videlicet Diapaſon: ternarius ad binarium, ſeſquialteram creat, vnde Diapente: quaternarius ad ternarium, epitriton, vnde Diateſſaron: è diuerſo quaternarius ad vnitatem, quadruplam portionem facit: inde prouenit Bisdiapaſon: ternarius ad vnitatem, triplam; ex hac euenit Diapaſon cum Diapente copulata. Quare ſi hi numeri à denario diuiſi, rurſus coeant in ipſum denarium, aggregenturque numero illi XXXV. in quo numero fœtus formatur in hominem: creſcit numerus XLV. quem ſi per ſenarium illum priorem duxerimus, conſurget numerus CCLXX. qui ſi diuidatur in menſes: nouem proueniunt. Hac de cauſa partus nonimeſtris opinione Pythagorica perfectior erit, quoniam plures concentus admittit. Octimeſtris vero, quia neque hos numeros, neque hos concentus abſoluit, non eſt vitalis. In hac etiam libra Pythagoras ipſe expendit humanæ animæ partes, vt exiſtimet Diapaſon tanquam concentui vniuerſali partem rationi compotem iure ſuo aptari: quippe cum ea pars animæ, ſcilicet ratio, quæ Princeps eſt & regina, alias in ſe partes contineat, perinde vt vniuerſalis concentus. Continet enim ratio in ſe excandeſcentiam, & cupiditatem, quibus duo alii concentus congrua ratione reſpondent: Diapente videlicet iraſcentiæ, quia eſt propinquior vniuerſali concentui, quemadmodum iraſcentia rationi: cupiditati vero Diateſſaron, quoniam remotior eſt, perinde vt ab ipſa ratione cupiditas. Hinc Plutarchus inſeruit, eſſe exiſtimandum, Pythagoram ſenſiſſe, animam diſtrahi in partes, vt habeat partem rationis compotem, & etiam partem rationis impotem: vnde

Cur partus nonimeſtris perfectior.

Cur partus octimeſtris minime vitalis.

Sic animam Pythagoras ad concentus congrua ratione accommodat. Rationi, parti principi, Diapaſon reſpondet. Iraſcentia Diapente. Cupiditati Diateſſaron.

vnde ait: *Cum plane perſpiceret non omnem animi partem eſſe idoneam, cui rationis præceptis perſuaderetur, & quæ ea audita, ſtatim, reiecta prauitate, rectum ſequeretur; ſed etiam eſſe quandam partem, quæ vſu & manſuefactione, quaſi perſuaſione quadam, ſenſim adduceretur, vt facilem ſe ad tractandam Philoſophiæ præberet, & eam poſſet, quocunque duceret, ſequi, cum non eſſet ſua ſponte mutabilis à vitio in virtutem; ſed potius intractabilis, & indiga alterius cuiuſdam perſuaſionis & auxilii.* Teſtantur hoc maxime claſſica & alia inſtrumenta, quæ deſides hominum animos irritant, & quaſi impellunt ad prælia. Conducuntur præterea præficæ mulieres, vt lamentabili cantu lachrymas in funeribus excitent. Perturbationes & excandeſcentias dulces concentus demulcent. Damonem aiunt, cum conſpexiſſet quoſdam temulentia concitatos, vt domum honeſtæ mulieris inuaderent, iuſſiſſe tibicini, vt ſpondæum ſubcineret: quod cum ille feciſſet, grauitate ac tarditate concentus, illorum animos perturbatos compeſcuit. Empedocles etiam irruentem iuuenem in ipſius Empedoclis hoſpitem inflexo tantummodo canendi modo temperauit. Quid, quod nos ipſi vidimus? Ferdinandus Neapolitanorum Rex cognomento Optimus, Princeps alioquin modeſtiſſimus, ob verbum tamen à quodam prolatum, diſſentaneum ſane & importunum, excanduit, minatuſque eſt, breui ſe facturum, vt eum importuni & contumelioſi verbi pœniteret. Ille hoc vno vſus conſilio, accepta cithara, cantilenam, qua Rex maxime delectabatur, ſub feneſtra Regis cecinit. At Rex cantilena delinitus, eam iterari iuſſit: deinde omnino placatus, non modo acceptam illam indignationem dimiſit: verum etiam conſtituit, vt ei ager, cuius cauſa ille in verba parum conſiderata prolapſus erat, reſtitueretur, addita etiam area, quæ erat agro contigua.

Pars rationis expers commouetur claſſicis & aliis inſtrumentis. Sic in funeribus lachrymæ excitantur à præficis mulieribus, & quibus affectus accendentibus excitantur, aut ſopiuntur: exemplo Damonis, Empedoclis & Ferdinandi I. Regis Neapolitanorum.

Finis Libri primi.

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS

DISPVTATIONVM IN LIBELLVM PLVTARCHI CHERONAEI DE VIRTVTE MORALI

LIBER SECVNDVS.

Platonem cenſuiſſe, humanum animum, vt cætera, eſſe non ſimplex, ſed compoſitum quid, & ſectum, ac partem vniuerſi.

CAP. I.

Omnes res duplici conſtare natura.

IN his, quæ prius diximus, perſpicue conſtitit, Plutarchum non ab re redarguiſſe eos, qui dixerunt, hominis animam eſſe tantummodo rationem, demutarique in affectus, atque inde procreari virtutes & vitia pro qualitate affectuum. In cauſa autem fuiſſe, ait, vt hæc opinarentur, quia non intellexerunt partes animæ, quę rationi repugnant, ſub ipſa ratione contineri, regique, ac etiam ſæpenumero coerceri. Quare cenſuit, Pythagoram incubuiſſe Muſicis diſciplinis, vt partes animę rationi rebelles muſicis rhythmis ab errorib. auocaret. Nunc autem Platonem inducit, qui non ambigue exiſtimauit, id, quod in mundo animatum eſt, non eſſe ſimplex, neque incompoſitum, neque vnius tantummodo ſpeciei, ſed ex eiuſdem, atque alterius natura coniun-

iunctum: quare partim ſemper circa eadem vno ordine & ratione circumfertur & regitur, partim in ſubcontrarios motus, & aberrantes circulos diuiſum, totius differentiæ & diſſimilitudinis origo, principium, & generatio eſt. Porro mundum, quem κόσμον Greci nuncupant, quaſi ornatum, Pythagoras primus hoc nomine dignum duxit, propter concinnam elegantemque rerum compagem, quæ in eo conſpiciuntur: formam vero ipſius vario modo & ipſe, & alii Philoſophi deſcripſerunt. Quidam enim oui inſtar, quidam autem inuerſi turbinis, nonnulli globoſum eſſe, exiſtimauerunt. Pythagoras tamen, & qui eum ſecuti ſunt, mathematicis figuris conſtare, dixerunt: vt terra eſſet ex quadrantuli figura: aqua ex angulis vicenis: aer ex octogonis: ignis ex meta. Cœlum vero Thales Mileſius primus, deinde plures alii in quinque circulos diuiſerunt: primus quidem arcticus dicitur: ſecundus æſtiuus tropicus: medius æquinoctialis: quartus brumalis tropicus: poſtremus antarcticus. Item ſignifer cernuus per puncta quatuor, ſcilicet duo æquidialia, & duo ſolſtitialia: quaſi altera zona, cœlum ipſum ſtellatum ambit, vt fere omnes conſentiunt: hunc non errantem nuncupant, cum ſtellas ratas contineat, non errantes, vt libro ſuperiore diximus. Animatum præterea totum cœlum eſſe, præter Democritum & Epicurum, omnes aſſeruerunt: quamuis Ariſtoteles, non vt cæteri, ſed modo quodam animatum cenſuit. Plato autem conſtantiſſime (vt diximus) affirmauit, mundi animam bifariam diſtributam: & aliam quidem partem eſſe indiuiduam, aliam vero diuiduam: indiuiduam eſſe præſtantiorem atque diuiniorem extra orbem extimum: ab hoc Ariſtoteles fortaſſe non diſcrepat: nam in eo libro, in quo de cœlo & mundo diſſeruit: extra cœlum dixit eſſe τὸ θεῖον, ſcilicet id, quod eſt diuinum: interpres autem Arabs expoſuit, ibi eſſe ſpiritualia. Partem vero diuiduam eſſe à medio ortam, non quidem à centro terræ, quæ immobilis eſt, ſed à Sole, qui vitalia mundi continet, & vſque ad ipſum extimum eſſe porrectam: itaque totum mundi corpus diuinus ipſe Plato ab anima contineri dixit, fouerique vigore ſpiritali. Affirmat hoc Maro Poetarum doctiſſimus, dum ait:

Vnde diuerſitas motuum.

Pythagoras mundum ab ornatu denominauit.

Cui diuerſam formam Philoſophi tribuerunt, oui, inuerſi turbinis, globi, figuræ multiplicis.

Cœlum autem in quinque circulos primus Thales diuiſit.

Quod animatum eſſe, plurimi dixere.

Plato autem mundi animã ſtatuit aliam indiuiduam, i. Deum.

Diuiduam aliam per vniuerſum diffuſam.

& adſtruit Maro.

> *Principio cœlum ac terras, camposq; liquenteis*
> *Lucentemq; globum Lunæ, Titaniaq; aſtra*
> *Spiritus intus alit: totamq; infuſa per artus*
> *Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.*


Hæc igitur interuallis quibuſdam diſtributa eſt per ſeptem circulos, qui ſemper cum ipſis erraticis contrario, ac diſpalato motu conuertuntur, vt remorari videantur primi mobilis progreſſionem. At illa circumactu potenti eos obuios & obnitentes corripit ab oriente in occa-

Hæc motus ſphærarum erraticos temperat, ac remoratur, vt

Ratio obnitētes affectus frenat.

Denique Philoſophi antiquiores ſtellatum orbem primum mobile crediderunt.

in occaſum: quemadmodum in homine, qui & ipſe paruus eſt mundus, ratio redigit cupiditatem, & iraſcentiam ſuum ſub frenum, ne vagentur amplius, quam par eſt: & cum orbem, qui obnitentes circulos atque palantes corripit, Philoſophi omnes antiquiores atque etiam ipſe Ariſtoteles octauum, atque ſtellatum orbem, & hunc primum mobile nuncuparunt.



Errorem antiquorum, qui octauam ſphæram primum mobile exiſtimauerunt, quomodo deprehenderit Ptolemæus.

C a p. I I.


Ratio autem, quæ eos duxit, vt exiſtimarent, octo tantum eſſe orbes, vel potiſſima fuit, quod nulius eorum obſeruationem inuenit alicuius ſtellę ex non errantibus, qua conijcere potuiſſet, ob ni-

ob nimiam ſtellarum tarditatem mutaſſe ſitum ab occaſu in ortum. Sed illum tantummodo motum introſpexerunt in ratis ſtellis, qui quotidie agitur cum tota ſphęra. Quare octo tantum ſphæras eſſe exiſtimarunt. Verum Ptolemæus cum inſtrumento quodam inueniſſet ſtellam regiam, quam cor leonis nuncupant recentiores, ab Hipparchi tempore duas partes duabusque tertiis vnius partis ſigniferi ab occidente in orientem proceſſiſſe, exiſtimauit, octauum orbem in quolibet centeſimo anno, vna ſigniferi parte moueri ab occaſu in ortum: propterea quod ab eo tempore, quo Hipparchus ſtellam illam regiam reliquit, ducenti ſexaginta quinque anni Ægyptii tranſierant. Quapropter exiſtimauit, ſtellas ratas non ſuper polis, in quibus primus orbis conuoluitur, ab ortu in occaſum moueri, ſed ſuper aliis polis diſtantibus tribus & viginti partibus, & inſuper momentis primis vno & quinquaginta, momentis vero ſecundis viginti. Quare poſuit, ſtellas ratas complere motum proprium, ab occaſu ſcilicet in ortum, ſuper polis ſigniferi, interuallo annorum triginta ſex millium, eſſeque aliud cœlum nonum continens ſtellatum, idque primum mobile appellauit: cuius circumactu ab ortu in occaſum: octauus orbis raperetur.

Ptolemaus, quare primum mobile ſupra octauum orbē poſuerit.

Quanto ſpatio ſtellæ fixæ motum naturalem abſoluant.

Digitized by Google



De polis ſigniferi, eiusque motu trepidante.


CAP. III.


ALchmeon deinde, & poſt hunc Arabs Thebitius, temporum ac ſtellarum obſeruantiſſimi, inuenerunt polos ſigniferi (licet impropriè poli dicantur) à polis, ſuper quibus primus orbis conuoluitur, non ſemper æque diſtare. Iccirco addiderunt ſtellato orbi motum nutantem, ſiue trepidantem: quo quidem motu ſtella modo tardo, modo citato gradu mouetur, & nunc præcedit, nunc retrocedit: apparetque modo ſeptentrionem verſus, modo contra, vt conſpi-

Digitized by Google

conſpiciatur in auſtro. Igitur, ſi cuique orbi debetur, (vt Ariſtoteles ait) motus peculiaris, vnus quidem erit, quo primum mobile circumagitur ab ortu in occaſum: alter vero, quo octauus impingitur ab occaſu in ortum: vt hi duo binos tantummodo motus habeant iuxta Ptolemæi numerum & motum. Secundum vero Thebitii opinionem, motus, qui tribuitur octauo orbi, non circulari motu, ſed nutante potius, ac (vt nonnulli aiunt) trepidante mouetur: vt duo certa puncta diametralia completos circa capita arietis & libræ primi orbis paruos circulos deſcribant.

Duo tantum motus primo mobili, & octauo orbi tribuendi.






Verum ſi decretum Ptolemæi ſequi volumus, dicemus, motum ſtellato cœlo tributum eſſe eum, quo orbis ab occaſu mouetur in ortum, vt compleat circuitionis munus ſuper axe & polis aliis à polis, in quibus diurnus motus efficitur. Si vero Thebitio aſſiſtemus, non putabimus orbem in gyrum torqueri, ſed agitari tantum, ac concuti: vt reliqua orbis puncta, præterquam duo illa diametralia, non deſcribant circulos, ſed potius nutent. Itaque ſiue orbiculari motu deferatur octauus, vt Ptolemæus voluit, ſiue trepidario concutiatur, vt autumat Arabs, his duobus orbibus duos tantummodo motus eſſe, fatendum eſt.

De tribus ſuperioribus planetis, eorumque orbibus ac motibus.

Cap. IV.

SAturni ſphæra ſub octauo cœlo conuertitur: conſtat enim ex tribus orbibus, quorum extimus conuexa ſuperficie, qua à concauo octaui orbis continetur, concentricus mundo eſt; eccentricus vero ſuperficie concaua: è diuerſo intimus

timus orbis, nam ſuperficie concaua concentricus eſt, cõuexa vero ec-cẽtricus. Et hi duo orbes, extimus ſcilicet atque intimus, augem Saturni (vt hodie dicunt) deferentes nuncupantur. Eſt autem aux punctum excelſius ipſius deferentis, quod maxime abſcedit & diſtat à centro mundi. Hoc Ptolemæus appellat ἀπόστημα μέγιστον, id eſt, abſceſſum maximum. At punctum centro propinquius, oppoſitum augis dicitur. Torquentur autem hi duo orbes ad motum octauæ ſphęræ ſuper axe & polis orbitæ ſiue (vt nunc dicunt) eclipticæ ipſius octauæ: vt ſemper pars anguſtior orbis, ſub alterius parte ampliore voluatur ab occaſu in ortum. Quotidie tamen rapitur cœlum totum ab ortu in occaſum. Inter hos duos orbes vtrinque eccentricus alius orbis reuoluitur ſuper axe proprio axem ſigniferi ſecans, cuius poli diſtant à polis ſigniferi diſtantia inæquali propter ipſius inclinationem, & (vt ſic dixerim) remotionem à centro: eo quod ſectio axium in eorum medio non eſt: ſed potius extra. Porro hic orbis epicyclum deferens appellatur; quoniam in eo ſphærula circumagitur, in qua planeta defixus duplici motu mouetur, vno quidem in ſuperiori parte ſecundum ſignorum ſeriem, contra vero in inferiori. Quare dum commeat planeta ſecundum ſignorum ſeriem, vt motus eius circa epicyclum addat ſupra motum centri ipſius, videlicet epicycli, pernix dicitur veloxque: contra vero tardus, ſi minus minuit, quam illud addat. At cum tantum minuit, quantum centrum addat, conſiſtens: ſed ſi plus minuit, quam illud progreditur, retrogradus. Eodem quoque modo cœlum Iouis in tot orbes diuiſum eſt, & à Saturni cœlo continetur: Martis etiam cœlum itidem. Nam hi tres ſuperiores planetæ vna atque eadem lege feruntur in ſuis ſcilicet orbibus; pigrior tamen alter altero eſt. Saturnus enim iuxta ſignorum ſeriem duobus fere momentis quotidie pergit: Iupiter quinque: Mars fere triginta: & ſe inuicem continent complexu attiguo: vt conuexa ſuperficies vnius ſub alterius concaua æquali ſemper ac leni contactu moueatur. Nouem igitur orbes hi tres ſuperiores habent & tres ſphærulas. Vnicuique orbi & ſphærulæ ſeiunctus ac proprius eſt attributus motus, præterquam epicyclo, cui duplex longitudinis ſcilicet & latitudinis debetur motus. Quare duodecim eis debentur motus. Nam circulus ille, qui epicycli deferentem ſecat, non orbis eſt proprius: nec reipſa conſiſtens, ſed potius imaginarius circulus eſt; qui dicitur æquans; quoniam motus centri ipſius epicycli moderatur & æquat. At ſi motus epicycli in latitudinem pergens eſſet alius à motu, quo in longitudinem mouetur, erunt omnino quindecim motus.




De Sole, eiuſque orbibus ac motu.

Cap. V.

Sub Marte Sol inter planetas medius peragit ſuos curſus, nec iniuria, tanquam mundi cor à Deo optimo maximo ita conſtitutus, vt lucem ſyderibus tribuat, diſcutiatque rerum omnium tenebras. Inſunt autem globo Solis tres orbes, quorum alter quidem eſt extimus, alter vero intimus, & inter hos medius ex omni parte eccentricus: in quo Sol ipſe defixus lucem mundo miniſtrat. Omnes hi orbes continent & continentur: nam extimus, qua parte conuexam habet ſuperficiem, continetur à Marte, concaua autem ſuperficie continet mediũ. Intimus ſua ſuperficie conuexa continetur à medio, at ſua concaua amplectitur Venerem. Præterea ab extimo intimus eſt vndequaq; diuerſus, vbi

vbi enim ille eſt amplior, hic arctior peregrat: amplior autem, vbi ille arctior. Rurſus qua parte ille eccentricus, hic mundo concentricus: contra vero, qua ille concentricus, hic eccentricus. In motu tamen ſunt vſque adeo concordes, vt ſemper vnius pars arctior ſub alterius ampliore voluatur. Appellantur autem deferentes augem Solis, mouenturq; ſicut & cæteri orbes deferentes auges trium ſuperiorum, ab occidente in orientem inſtar orbis octaui. At medius, qui egreſſæ cuſpidis etiam appellatur, mouetur ſuper axe & polis propriis iuxta ſignorum ſeriem diebus ſingulis fere momentis nouem & quinquaginta; vt totum ſigniferum in trecentis ſexaginta quinque diebus, & horis paulo minus ſex perambulet per ſuam eclipticam: à cuius ſuperficie punctum illud excelſius, ſiue aux Solis nunquam egreditur. Quorundam autem aliorum planetarum auges modo auſtrum verſus, modo ad ſeptentrionem declinant: iccirco auges ſeptentrionales dicuntur atque etiam auſtrales. Itaque cum per tres orbes Solis motus efficiatur, tres huic globo motus eſſe credendum eſt, vt vnicuiq; orbi ſuus proprius motus tribuatur.




De Venere, eiuſque motibus.

Cap. VI.

VEneris cœlum diximus contineri à concauo Solis infimi. Sunt etiam & ipſi globo tres orbes, ineſt præterea epicyclus inſtar ſuperiorum trium. Attamen punctum excelſius Veneris, quod aux dicitur, eſt in eodem loco ſigniferi, in quo eſt aux Solis, ſecundum longitudinem, non autem ſecundum latitudinem. Quippe cum aux Solis in ipſius orbita ſemper ſit: aux vero Veneris ſemper exorbitat: præterquam in anno bis tantum, dum videlicet centrum epicycli in altero nodorum conſtituitur: in quibus ſuperficies eccentrici vna erit cum ſuperficie eclipticæ. Differt tamen à ſuperioribus, quia auges ſuperiorum ſeptentrionem poſſident. Veneris autem aux perſæpe pergit in auſtrum. Conuenit prçterea motus deferentis epicyclum Veneris cum motu deferentium epicyclos trium ſuperiorum; quoniam iuxta poſitionem ſignorum ſupra centro æquantis mouentur æqualiter: attamen in tempore differunt. Nam Veneris motus cum Sole congruit, ſuperiorum vero minime. Accedit ad hoc, quod Venus plerunque triplicem habet latitudinem, vnam ſcilicet à deferente: quoniam nunc verſus aquilonem aſſurgit, nunc proclinat in auſtrum; & huiuſmodi motus deuiatio dicitur à recentioribus: aliam habet ex parte inclinationis diametri ductæ per augem veram & ipſius augis oppoſitum, & hæc dicitur inclinatio: tertiam gratia reflexionis, qua diameter ſuperficiei epicycli per longitudines medias vtrinque à vera auge epicycli æque diſtantes protracta reflectitur. Nam ſuperficies deferentis in latitudinem mouetur modo ad ſeptentrionem, modo ad meridiem ſuper diametro mundi: cuius motu ambos polos ab auge æquantis nonaginta gradibus diſtare compertum eſt, & à nonnullis caput & cauda, à nonnullis etiam nodi appellantur. Illud præterea non omittendum, quod huiuſmodi motus per latera ea ratione reſpondet motui centri epicycli: vt quando ipſius epicycli centrum fuerit in aliquo nodorum, ſcilicet diſtans ab auge æquantis nonaginta gradibus, deperdatur id, quod eſt in amplum diffuſum, quæ dicta eſt deuiatio deferentis. Immo potius tota eius ſuperficies ita eſt in ſuperficie eclipticæ, vt vna tantum eſſe videatur. At recedēte epicycli centro à nodo, quem diximus, ſtatim id quod ex amplo erat corriuatum in arctum, ampliari incipit; ita vt dimidium eius, in quod epicycli centrum ingreditur, in Venere quidem ſcandit ad aquilonem, in Mercurio ſemper procumbit ad auſtrum, & augetur gradatim

Digitized by Google

tim ampla illa diffuſio, donec epicycli centrum ad deferentis augem, vel ad oppoſitum eius peruenerit. Quare tunc maxime effundetur in amplum, & in Venere quidem momenta decem & ſeptem, in Mercurio vero quinque & quadraginta. Vlterius tamen procedente motu coarctatur paulatim diffuſio illa, quouſque centrum epicycli in alium nodum peruenerit; vbi etiam nulla erit ampla diffuſio: ſed ſuperficies eccentrici cum ſuperficie ſolaris viæ perinde erit, vt vna. Rurſus poſtea iterum omnia fient, vt prius. Apparet igitur ex his: polos deferentis modo accedere, modo recedere à polis eclipticæ propter diffuſiones, quas diximus. Ergo non temere exiſtimandus erit alius orbis concentricus mundo, alios prius dictos orbes amplectens: ad cuius motum nutatio atque diffuſio, de qua ſupra dictum eſt, accidat. Nam ea profectio, quæ tendit nunc in aquilonem, nunc in auſtrum, cum ſit motus contrarius, nequit fieri ſine aliqua quiete, à qua cœleſte corpus abhorret, præterquam ſi accidat à continuatione motus illius orbis, qui ſuo circumactu facit, vt nutet, & quaſi trepidando reſiliat. Erunt igitur Veneri ſine aliqua dubitatione tres orbes, & inſuper epicyclus. Verum ſi addatur orbis, quem diximus, alios ambiens, cuius munere accidat deferentis motus, fauebunt Veneri quinque motus. At ſi pro reflexione & proclinatione, quæ reperitur in Venere, alii orbilli epicyclo concentrici (quorum circumactu contingeret proclinatio atque reflexio) eſſent apponendi, totidem etiam eſſent apponendi motus.




De Mercurio, eiuſque orbibus ac motibus.

C A P. VII.

MErcurio quinque orbes deſeruiunt, deſeruit etiam epicyclus, qui ab eccentrico circumfertur. Verum duo orbes, extimus ſcilicet atque intimus non deferentes augem, eccentrici vocantur, vt in Venere & ſuperioribus: ſed eorum munere aux mouetur æquantis ſuper axe & polis ſigniferi ad motum octauæ, & horum ſupremi quidem orbis conuexa ſuperficies, & concaua infimi, concentricæ mundo ſunt. Concaua vero ſupremi & conuexa infimi eccentricæ. Harum igitur centrum ab æquantis centro diſtat tantum, quantum centrum

trum æquantis à centro mundi. Inter hos ſunt alii duo orbes, quorum ſuperficies conuexa ſupremi, & concaua infimi idem centrum cum centro proprio ipſorum orbium habent, quod quidem centrum eſt parui & imaginarii circuli. At ſuperficies concaua ſuperioris & conuexa inferioris eccentricæ ſunt quinto orbi, qui Mercurii epicyclum deferens appellatur. Et hi duo orbes deferentes augem, eccentrici vocantur, mouenturque ſuper centro parui circuli ſuper axe æquo diſtante ab axe ſigniferi: & hic motus eſt contra ſignorum ſeriem ea velocitate, qua



è diuerſo voluitur linea medii motus Solis. Verum orbis, qui defert epicyclum, mouetur ſuper æquantis centro in longitudinem iuxta poſitionem ſignorum ſimili celeritate cum linea medii motus Solis; in latitudinem vero perinde vt Veneris deferens. In hoc tamen differt à Ve-

nere, quod dimidium eius, in quo epicyclus eſt, ſemper procumbit in auſtrum; Veneris autem aſſurgit in aquilonem. Sex igitur orbes Mercurio debentur, & motus totidem. Si vero propter proclinationem, reflexionemque aliæ ſphęrulæ ſunt apponendæ epicyclo concentricę, plures ſex erunt Mercurii motus tam diuerſi.

De Luna, eiuſque fluxionibus, ac ſemita.

C a p. VIII.

NOuiſſimum ſydus in remedium noctis Lunam mundo tribuit opifex rerum omnium Deus, quæ multiformi figuratione ſuum curſum peragit vicenis ſeptenisque diebus & biſſe. Fluxiones autem ſeptem facit ad Solem. Nam cum ſexaginta ſigniferi partibus diſiungitur à Sole, aſſurgit in cornua: cum vero abeſt nonaginta, diuidua dicitur: at cum diſcedit centum viginti, maior dimidia; verum cum abeſt centum octoginta, *panſelinos* perhibetur, hoc eſt, tota Luna. Eodem quoque modo in diminutione luminis, donec cum Sole conueniat: nam minor plena, cum Sol ab ea centum & viginti partibus abſcedit, item diuidua, cum nonaginta, denique circulata cornibus, cum ſexaginta. Eius motum aucupatus


Endymion primus lunarium motuum obſeruator.

eſt primus Endymion Latmius, & ob id Poetæ tradunt, eum Lunæ amore percitum, quia per triginta annos ſub diuo noctu exquirebat ipſius Lunæ motum, die vero ſe quieti dabat. Quare ſi qui forte eum aut viſendi, aut alicuius negotii gratia adibant, ſemper quieſcentem inueniebant: iccirco dicebant eum triginta annos dormiſſe. Hinc apud Græcos inoleuit in ſomniculoſos prouerbium: Ἐνδυμίωνος ὕπνον καθεύδεις. Hoc eſt, *Endymionis ſomnum dormis.* Alii deinde exquiſiuere cauſam, quare non ſemper efficiatur, aut ea ſilente Solis deliquium, aut ipſa in oppoſita radiatione non ſemper deficiat. Quapropter exiſtimauerunt, cœlum Lunæ non habere eoſdem polos, quos Solis cœlum ſortitum eſt. Vnde pro comperto habuerunt, ſemitam ipſius Lunæ orbitam Solis ſecare in duobus locis, quorum alterum draconis caput, alterum caudam appellauere.

Capitis

Digitized by Google


Capitis & caudæ ſchema.



In his ergo ſectionibus tantummodo, ſi ambo luminaria coierint, deliquium Solis: ſi vero mutuo ſe opponent, vt alterum luminarium in altera ſectione ſit, Lunam obtenebrari voluerunt.


Digitized by Google

Eclipſis Lunæ ſchema.



Verum hoc non ſemper in eodem puncto propter inconſtantiam ſectionum, in quibus luminaria deficiunt. Quin potius retrocedunt ſectiones ipſæ, vt ſi deficiat Luna in draconis capite; ipſo tamen ſubeunte arietis principium, ſequens defectus ipſius in eodem capite non in principio arietis, neque in tauro, ſed repedando verſus piſces efficietur. Iccirco neceſſarius fuit orbis mundo concentricus, vniformis ac mobilis ab oriente in occidentem, qui diebus ſingulis tribus fere momentis cœlum Lunæ conuoluat. Et hic quidem orbis caput deferens appellatur, amplectiturque globum Lunæ vndequaque contiguum, volubilem ſuper propriis polis, quem diuidunt etiam in tres orbes, extimum ſcilicet atque intimum, & inter hos medium, quemadmodum in Sole fit. Attamen extremi orbes deferentes augem eccentrici Lunę dicti

dicti ſunt, qui contra ſignorum poſitionem torquentur ſuper centro mundi & axe proprio; axem ſigniferi in ipſius mundi centro interſecante, cuius poli à polis ſigniferi quinque partibus abſunt ſine aliqua variatione. Et hic quidem motus vltra diarium eſt: nam mouetur diebus ſingulis partibus vndecim, momentis fere duodecim. At medius orbis intra quem conuoluitur epicyclus, epicyclum deferens appellatur: defert enim ipſum ab occaſu in ortum: & in ipſo epicyclo Luna ipſa appoſita eſt, vt etiam orbiculari progreſſu moueatur ſuper axe ſuo, & propriis polis: ea tamen lege, vt quoties Luna in ſuperna epicycli parte fuerit conſtituta, aduerſus ſignorum ſeriem reuoluatur, in inferna vero iuxta poſitionem ſignorum. Ipſe tamen deferens ſuper centro proprio enormi quidem motu conuoluitur: verum ſuper centro mundi torquetur ad normam, vt centrum epicycli tali motu partibus tredecim ac momentis fere duodecim quotidie progrediatur. Axis autem huius motus proprium centrum pertranſiens, ab axe augem deferentium



æque

æque diſtans, eorundem munere mouetur; & eius poli à polis augem deferentium diſtabunt ſecundum quantitatem, qua diſtant & differunt centra. Aux vero huius orbis non ſemper eſt ſub Solis orbita, ſed eſt potius ad aquilonem, vel ad auſtrum propenſior. Itaque ex quatuor motibus, totidemque orbibus, & epicyclo totus Lunæ progreſſus efficitur. Quod ſi vnicuique orbi, & ſphærulæ motus congruit peculiaris, quinque motus profecto his orbibus aderunt. Attamen quia Lunam diximus in epicyclo moueri per ſe, quod quidem nonnulli exiſtimant, propter aſpectus macularum, quæ ante partem limpidam oriuntur, nec ante occidunt, addendus erit ſextus motus, quo lunare corpus conuoluitur: cuius vi maculæ illæ (quatenus ad eum circulum pertinet, quem noſtri finientem nuncupant, Græci vero Orizontem) ſitum demutare videntur.

De animæ humanæ facultatibus, atque inſtrumentis.

Cap. IX.

Animam hominis altera parte ſubiici, altera dominari affectui.

RECTE ergo Plutarchus ait: Animam hominis, cum pars, aut ſectio animæ mundi ſit, & eius rationibus ac numeris accommodata, non ſimplicem, neque incompoſitam eſſe, nec ſemper eodem modo affectam: ſed alteram partem habere, qua ſemper intelligit & ratiocinatur, dominaturque in homine ſuapte natura: alteram vero partem affectui ſubiectam, ſine ratione, inordinatam, & ſuapte natura egenam, multiplicibusque erroribus ſemper obnoxiam. Illud tamen in hac parte non omittendum, cum Philoſophi dicunt animam diuidi, non eo modo diuiſionem ab iis vſurpari, quo de rebus aliis, quæ ſcinduntur in partes. Nonnulli aſſerunt Platonem, qui rationem in capite, tanquam in arce, poſuit, iraſcentiam in corde, cupiditatem in iecore, ſubſtantiam animæ non poſuiſſe diuiſam, ſed potius exiſtimaſſe, per membra hæc, tanquam per inſtrumenta, proprium munus obire. Quare cum dementes obiurgamus, eos ſine cerebro dicimus: puſillanimos vero, & qui illatas iniurias timore aliquo non propulſant, ſine corde & audacia: dicimus etiam eos album iecur habere, ſcilicet ſine calore & ſanguine, qui contenti modico magna nec expetunt, nec aggrediuntur, cum non expetant ea, quæ ſunt digna homine præclaro. E diuerſo etiam retundimus ambitioſos, ſed magis incontinentes, qui libidine concitati, aut plus quam æquum eſt, appetunt, aut ſupra vires aliqua aggrediuntur, vt de Titio Poetæ fabulantur, qui nimia cupiditate impulſus, voluit vim Latonæ inferre: iccirco ab Apolline con-

Re autem non diuiditur anima, ſed ei inſtrumenta tribuuntur operandi, vt Plato poſuit, In capite rationem. In corde iraſcentiam, In iecore cupiditatem.

Digitized by Google

confoſſus luit pœnas apud inferos, vt eius iecur, in quo ipſa ineſt cupiditas, exedatur à vulture, de quo ſic Flaccus cecinit:

Incontinentis nec Titii iecur
Reliquit ales.

Anima vere functiones ſuas per partes, & instrumenta exercet.

Exercet igitur anima munera, functionesque per partes hominis, vt cum ſanguis in præcordiis excandeſcit, iraſcatur: cum exardeſcit in iecore, cupiat, quamuis non iraſcentia, aut cupiditas, ſed ratio ipſa iudicet atque decernat. Teſtantur hoc pueri, qui ſæpenumero ſine aliqua cauſa in ipſas etiam pupas excandeſcunt, & eas verberant quandoq; ex cauſa leuiſſima, vt ſi cruſtula, aut crepitacillum defuerit, decumbant voluunturque in ſolo; quippe cum ſanguinem qui accendi inflammarique poſſit, ſubter præcordia habeant, atque etiam bilem, cuius cauſa ſanguis igneſcit; iudicium vero rationis cerebri humiditate redundante non habent. Huiuſmodi autem animæ partes affectibus obnoxias omnino cum corpore aboleri Platonem aiunt exiſtimaſſe: intellectum tamen, ſiue mentem immunem prorſus ab omni materia corporis, & ſine aliqua perpeſſione affectuum mortalem, æternumque poſuiſſe: quãuis alii affirment, partes animæ affectuoſas (vt ita loquar) à primaria illa, & perenni diſcretu ſſe, non quidem munere aut definitione, ſed ipſa re. Quod quidem in Timæo de Dei optimi maximi opificio diſſerens, fere in hanc ſententiam loquitur: Omnia hæc primum excoluit ornauitque Deus: deinde ex his omnibus conflauit animal vnum cuncta animalia tum mortalia tum etiam perennia in ſe continens: & diuinorum quidem ipſe fuit creator & opifex, mortalium vero procreationem delegauit iis, qui ab ipſo nati erant, vt vniuerſum munus abſoluerent: qui parentem imitati acceperunt primum immortalem animam, quam in corpore mortali incluſerunt, addentes aliud genus animæ mortale, cui graues perturbationes & neceſſarios affectus indiderunt, voluptatem ſcilicet, quæ irritamentum maximum eſt & fames malorum, deinde triſtitiam, quæ eſt exterminatio bonorum, item audaciam, atque timorem, dementes ſane conſiliarios, poſtremo effrenatam excandeſcentiam, & ſpem, quæ cum irrationali ſenſu, & amore omnia aggrediente congruerent: hæc igitur omnia confundentes, genus animæ occiduum compoſuerunt. Præterea anxii, ne diuinum in capite reſidens ob vicinitatem mortalium inquinaretur, diuiniorem partem animæ (quantum licuit) à profanis partibus diſcluſerunt, caput ſcilicet à pectore ſeorſum ædificantes, interponenteſque in medio ceruicem & collum: igitur in thorace genus animæ mortale, atque occiduum collocauerunt. Paulo poſt ait; Cum animaduerterent opifices cor omnino palpitaturum ob expectationem rerum metuendarum, ſæpiuſque ſuccenſione deflagraturum, atque id euenire per ignem, adhibue-

Quæ abolentur cum corpore, mente incolumi, atque immortali.

Mundus vnũ animal in ſe cuncta animalia continens

Affectus dementes conſiliarii.

Digitized by Google

runt ibi in auxilium cordis pulmones exangues & molles cauis intrinſecus fiſtulis, inſtar ſpongiæ, vt hauſtu potus, ac ſpiritus æſtus cordis reſpiratione, ac refrigerio mitigarent.

De æternitate animæ, eiuſque ſubſtantia, motu, atque inſtrumentis.

Cap. X.

Plato immortalitatem animæ probauit ex natura motus.

Aeternitatem etiam animæ Plato in Phædro veſtigauit ex motu, hoc vſus argumento, quod ſe ipſam moueat. Id enim quod ſe mouet, neceſſe eſt, vt ſemper moueatur: quia nunquam ceſſat, nunquam feriatur, ne ſe ipſum deſerat. Præterea in eo quod à ſe mouetur, principium motus penes ſe eſt. & à ſe mouendi actus exoritur. Quare anima cum non habeat initium, neceſſe eſt, vt ab interitu ſit immunis: nam ſi id, quod eſt principium, occideret, nihil prorſus à principio oriretur: ſiquidem omnia ab aliquo principio ortum habent. Itaque anima, cum ſit principium motus, ſequitur, vt neque mori poſſit, neque naſci: aliter generatio omnino deſineret. Immortalis ergo erit anima iuxta opinionem Platonis.

Subſtantiam animæ graui philoſophantium diuerſe definiuit, aut deſcripſit.

Fuere alii vetuſtiores, qui & ipſi ſubſtantiam animæ à motu ſcrutati ſunt. Alcmeon Platoni aſſiſtens, moueri animam, dicit, motu inceſſabili: atque ideo eſſe immortalem, quia immortalibus comparatur, ſideribus ſcilicet, & cœlo. Thales autem Mileſius naturam animæ etiam irrequietam poſuit: item Pythagoras & Xenocrates numerum ſe ipſum agitantem: Democritus ignem, vtpote qui ſuas rotundas atomos naturam ignis habere, exiſtimaret. Pari modo Leucippo penetrare eas maxime corpora videbatur, quoniam agitando ſe ipſas, pellunt res alias, & mouere quidem ob tenuitatem partium, ob rotunditatem vero moueri: qua de cauſa hi ambo putabant, vitam eſſe reſpirationem quandam ex atomorum hauſtu, vt tantiſper viuat animal, dum atomos poſſit haurire ac reflare. Anaxagoras deinde animã eſſe dixit, id, quod mouet. Anaximenes, Diogeneſq; aeream naturam habere animã aſſeruerunt, atque inde moueri: Heraclitus quoque calorem efflabilem, ignemq, fere incorporeum: Hyppo aquam, quoniam ſemen omnium rerum humidum eſſe, conſtat: Critias ſanguinem, quia partes exangues

Cicero, harmoniam eſſe animam, non omnino improbat, ſed

ſenſu carent: Ariſtoxenus muſicus harmoniam: hunc, ait Cicero, ab artificio ſuo non receſſiſſe, quamuis aliquid probabile dixerit: ſiquidem cum harmonia ſit concinnitas quædam vocum non ſimilium, ita corpus ex diſſimilibus qualitatib. compactum ab anima temperatur. Propter-

ſternit Ariſtoteles opinionem hanc validiſſimis argumentis: ait enim, animam corpore eſſe priorem, harmoniam vero inſtrumento ſuo poſteriorem, & illam quidem pugnare aliquando cum corpore, hanc autem cum inſtrumento nequaquam: item animam non intendi, neque remitti, harmoniam vero modo intendi, modo remitti: præterea conſtante anima accidit ſæpe, vt corpus lędatur, ſed conſtante harmonia non læditur cantus. Confutat præterea opinionem alias de motu animæ, cum aſſerat, non cogi aliqua neceſſitate, id omne moueri, quod moueat: etenim ſi ab alio mouetur id, quod mouet, & rurſus ab alio, inquiſitio protraheretur in infinitum: verum ſi à ſeipſo, aut parte alia mouet, alia mouetur, aut eadem æque & mouetur, & mouet: ſi parte alia mouet, & alia mouetur, neceſſe eſt, vt ſit aliquid, quod moueat, & non moueatur: quare iuxta illorum opinionem eſſet aliqua pars animæ, quæ à ſeipſa deſereretur: ſi vero totum ſe mouet, & mouetur, in aliquid abſurdum incident, cum quod mouetur, poteſtate ſit, qua mouetur, & id quod mouet, qua mouet, ſit actu: quare ſimul erit tum poteſtate, tum actu: ſimul etiam erit res quædam perfecta & abſoluta, & res manca, & non perfecta.

Ariſtoteles valide opinionem hanc proſternit.

Item argumentum à motu ſumptum examinat, exagitatque.

Dicent aliqui, motus animæ eſſe ita inſitos à natura, vt non poſſit intelligi anima ſine motu: primum interrogandi ſunt, de mundine, an de humana anima ſentiant? nam ſi de mundana, profecto eorum argumentatio contra ipſos pugnaret, cum prius dixerint, à Deo optimo omnia eſſe producta: quare non poteſt anima eſſe principium, quia principiorum ea eſt natura, & vis, vt neque ex aliis fiant, neque ex alterutris, ſed ex ipſis omnia. At ſi abſurdum aliud afferant, ſcilicet mundi animam eſſe Deum, redargutionem aliam non euadent: ſiquidem Deus eſt, qui iuxta ipſorum ſententiam immobilis permanens, motum omnibus præſtat: vnde diſſentanea multa ſequerentur, ſi Deus ſeipſum moueret. Primum illud & prorſus maximum, quod non eſſet ens ſimplex, ſed potius ex actu & poteſtate compoſitum: quia in eo, quod moueret, actum ſe eſſe oſtenderet: in eo vero, quod motum, potentiam: itaque Deus non eſſet merus actus, & (vt aiunt) purus & ſimplex. Verum ſi dicant, ſe de hominis anima eſſe locutos, & motum eſſe eſſentiam animæ, quemadmodum calor eſt ignis eſſentia, cum non poſſit intelligi ſine calore, non effugient, quin fateantur, animam eſſentiam ſuam deſerere: quippe cum motus fieri nequeat, niſi id, quod mouetur, recedat ab eo, à quo mouetur: ideo neceſſe eſt, animam à propria, & peculiari eſſentia, dimoueri: quare ſine aliqua dubitatione ſe ipſam anima ſuo motu perimeret. At fortaſſe nihil horum dicent, ſed motus animæ

Digitized by Google

proprios eſſe, ſentire & intelligere: refelluntur etiam in hoc, quoniam ſi ſic eſſet, eueniret vtique, vt ſenſibilis anima proprias functiones, (vtque hodie dicimus, operationes) ſibi aſciſceret: ſiquidem ipſa ſemper agit, & corpus efficitur: vnde accideret, vt corrupto corpore ſenſibilis anima permaneret; hac ipſaque ratione brutorum animæ perennes dici poſſent: verum ſi hoc munus tribuant intelligentiæ, erit etiam indignum & diſſentaneum, quoniam oportet procreari totum intelligendi munus à ſenſibus, quia ſine imaginibus, & viſis munus illud non poteſt perfici. Dicent ergo, nulli ſunt animæ motus? ſunt plane: ſed non eo modo, quo aſſerunt, vt anima ipſa moueatur à ſe, & in tempore, veluti corpus: habet tamen ſenſibilis anima notas quaſdam momentarias & multiformes, & non à ſe, ſed ab obiectu mouetur, vt cum aliquis inſpecto humano ſanguine animo deficit, aut cum præcipitium conſpicit, exuberante metu corruit; ſæpe etiam inſpecta vmbra, coma ſuſtigitur, & vox intercipitur: quæ omnia non pedetentim vt corpus, ſed ſtatim de potentia in actum tranſeunt. Hæc omnino non negant Peripatetici, in anima videlicet ſenſibili, negant tamen, totam animam moueri à ſe, & eſſe ſemper in motu: negant præterea iraſci, commoueri, flectique miſericordia, quoniam idem eſſet, ac ſi aliquis dicat, eam texere aut ædificare: ſiquidem homo eſt, qui iraſcitur per animam, & miſericordia commouetur & flectitur, quemadmodum ædificator, aut textor: ille enim ædes conſtruit, hic radio fila connectit, ex arte tamen; verum non eſt ars illa, quæ texit, aut ædificat, ſed per artem opifex. Mouetur etiam anima ſæpe per accidens, ſicut quieſcens vector in naui, aut aliud, quod vehitur motu nauis. Hæc omnia, & his ſimilia modo hoc, quo diximus, exequitur animal. Sed (ne nimis altercando, vt ait Varro, veritas obſcuretur) canamus receptui, & à concertatione deſiſtamus, vt, Ariſtotele duce, quo tendimus perueniamus, ſic enim facile, quid ſit anima, innoteſcet. Itaque ille definiuit, animam eſſe actum primum corporis natura conſtantis, atque inſtrumentalis, poteſtate vitam habentis. Id quod nos actum dicimus; Ariſtoteles ἐντελέχειαν appellat; eſt enim ἐντελέχεια ſubſtantia quædam & abſoluta perfectio corporis, qua obueniente, omnia, quæ ſola fuerant poteſtate, ad effectum perueniſit. Quare anima erit forma ſubſtantialis, & perfectio prima: ſubſtantialis, inquam, quoniam omne corpus, quod naturale eſt, & vitæ particeps, non modo ſubſtantia ſimplex eſt, ſed compoſita ex materia & forma: & omne corpus vitæ particeps, non ſimplex eſt corpus, ſed quod recentiores hoc aliquid nuncupant: & cum corpus pro materia ſubſternatur, neceſſe eſt, vt hoc aliquid ſit, & perficiatur à forma. Quæ quidem perfectio duplici modo conſideratur: prima vt ſcientia, ſecunda vt commentatio: vtranque anima ipſa complectitur, ſed primam magis; ſiqui-

Peripatetici negant, totam animam moueri à ſe, quorum princeps

Ariſtoteles animam perfectius, quam cæteri, definiuit.

Entelechia quid.

Anima cur forma ſubſtantialis & perfectio prima.

ſiquidem in homine prior eſt ſcientia quam conſideratio: ſanos etiam eſſe dicimus ſoſpitate & corpore, ſoſpitate tamen prius, per quam corpus incolume eſt: ita etiam viuit animal, ſed anima prius, deinde corpore: quapropter vita corporis neceſſe eſt, vt anima ſit, iccirco anima perfectio prima corporis eſt. Verum quia corpora trifariam diuiduntur, nam aut mathematica ſunt, vt triangulus & quadratus, aut ab arte, vt lectus, & ſtatua: aut à natura, vt quæ motus intra ſe continent, & vita vtuntur: congruit, vt anima dicatur eſſe perfectio prima corporis non mathematici, artificialisve, ſed naturalis & organici: quoniam corpus viuens inſtrumento indiget, vt nutrimenta capiat, & vt ſibi quid ſimile producat. Itaque ad definitionem animæ additur naturali corpore, id quod dicitur organicum: additur etiam, quod habeat vitam poteſtate.

Corpora diuidi trifariam.

Plerique tamen idem putant organicum eſſe, & poteſtate vitam habere: ſed additam eſſe particulam illam, vt Grammatici dicunt, appoſitiue, ad clariorem videlicet expreſſionem. Nonnulli vero exiſtimant, nō eſſe idem, ſed fere idem, vtpote cum nō adueniat anima, niſi lineato iam corpore, effigiatoque. Alii dicunt, poſtremam illam particulam fuiſſe appoſitam ob differentiam cadaueris, quod quidem corpus eſt & organicum, non tamen poteſt denuo animari, & amplius habere vitam, illam ſcilicet vitam, qua animatum ab inanimato dignoſcitur, cui maxime virtus illa deſeruit, quæ dicitur altrix; cuius munere nutriuntur, augentur, & procreantur omnia vitam habentia: & hoc quidem ab anima prouenit, cum ſit plane perſpicuum, omnia, quę natura conſtant, vnum tantummodo motum exercere: vnum etiam locum petere, vt leue ſurſum, graue deorſum. At anima, quę intra ſe & poteſtatem habet, & principium, contrarios motus exercet; ſtirpes enim & arbores dum pullulant, in proceriores ramos exeunt, radices vero deorſum penetrant, pari modo cum decreſcunt, ita etiam quæcunque aluntur. Abſoluitur ergo vitale munus hac vna vi, quam altricem diximus, per hanc igitur viuunt viuentia: ſed animal per eam partem animæ, quam ſenſibilem nuncupant, animal appellatur: ita vt non modo ea, quæ gradiuntur, verum etiam quæ affixa ſcopulis, aut arenæ degunt, non priuentur ſenſu, vt in oſtreis & conchis datur cernere: obtinent enim mediam naturam inter plantas, & animalia, vnde à Gręcis ζωόφυτα dicuntur, quaſi planta ſimul & animal. Nam in eo, quod ſentiunt, & tactum habent, animalia ſunt, in eo autem quod affixæ degunt, plantæ, vt quæ non aliunde, aut extrinſecus venentur pabula, ſed tanquam è promptuario quodam penu annexo nutrimentum accipiant: hinc denegatus eſt eis inceſſus; quia nihil fruſtra, fortuitoque natura concedit, ſed tactu pollent, & altrice anima, quæ maxime communis eſt vi-

Organicum & poteſtate vitã habere, an, & quid diſcrepẽt.

Munus vitale vi altrice abſoluitur.

uentibus omnibus: tactus vero non ita communis, quoniam ſtirpes, quæ à terra & humore aluntur, eo non indigent: videntur tamen tangere alimentum proprium, ſed non eo modo, quo animalia, quibus annexum eſt cum eo ſenſu iudicium, cum neceſſe ſit explorare eſcas, antequàm eas deuorent, aſſumantque, quia guſtus etiam tactus eſt; reliqui vero ſenſus animalibus prçſtantioribus diſtributi ſunt, vt iis ſe (cum opus fuerit) tueantur, deuitentque mala omnia tum viſu & auditu, tum etiam olfactu.

De Viſu, eiusque obiecto, ac ratione videndi.

CAP. XI.

Viſus chariſſimus omnium ſenſus,

VIſu animal omne delectatur, & gaudet, homo prçſertim, qui ſuapte natura ſemper expetit ſcire: argumento, quod ex reliquis ſenſibus eum præcipue diligit, qui ab oculis prouenit. Proprium eius obiectum eſt viſile, viſile autem ſub ratione lucidi eſt, vel colorati, color vero motus perſpicuæ rei, quam διαφανὲς Græci appellant, & id quidem non ſua, ſed alieni coloris ope viſile eſt, vt cœlum, aer, aqua, & tranſlucidi lapides. Perfectio enim, & quaſi color perſpicui lumen eſt: diximus, quaſi, quoniam lumen non colorat perſpicuum, ſed oſtendit, non aliter, quam color facit viſile ſuum corpus: facit etiam lumen, vt colores, qui tantum fuerant poteſtate conſpicui, actu conſpiciantur. Dicet quiſpiam, cur nonnulla ſunt lucentia, quæ conſpiciuntur in tenebris? vt putres fungi, & ſitu marcidę arbores, & nitedulæ, quas Grçci λαμπυρίδας nuncupant: hæc quidem habent aliquid quod luceat, ſed vſque adeo tenue, vt tantum ipſa luceant, non illuminent: & illud tantummodo lucidum, quia debile eſt, in nocte conſpicitur, interdiu vero à fortiori lumine deuicta, non poſſunt conſpici lucida, ſed colorata. Dicetur ergo viſile quadrifariam: color: perſpicuum ab ipſo colore & lumine adiutum: lucentia illa, quæ diximus: & quæcunque colorata & corruſca ſunt, vt aerem valeant illuſtrare, veluti ſydus & ignis, quæ duo interdiu, vt colorata, noctu vero, vt lucida cernuntur. Obiecta hæc nonnulli aſſerunt ſenſum afficere, nonnulli negant; ſiquidem id, quod afficit, laceſſitq; eſt præſtantius eo, quod laceſſitur, & patitur; quare color eſſet præſtantior ſenſu. Verum Platonici autumant, viſum fieri ex fluxu luminis interni coloris ad aliquod viſile, ad quod accedens iuxta qualitatem materiæ afformat ſe in imaginem, quam contiguam nuncupant: atque ea inde quaſi repercuſſa ad oculos redire cum applicatione illuminati perſpicui. Sed nonnulli negant Platonicorum decreta, atque etiam affici, laceſcitique ſenſum ab obiectis, vtpote cum pro comperto habeatur

cuius obiectum eſt viſile ſub ratione lucidi, vel colorati.

Cur quædam in tenebris luceant, ſed non illuminent.

Viſile dicitur quadrifariã.

Platonici putant, viſionem fieri, manante ex oculis radio igneo, non ardente, ſed æthereo, qui medio lumine feratur in obiectum

tur in natura rerum, vbicunque aliqua res eſt, quæ poteſt omnia fieri, ibi etiam res alia ſit, quæ poſſit omnia facere. Et quemadmodum intellectus ille poteſtatis, qui cum ſit potentia, & gerat vicem materiæ ad capiendas notiones, tanquam abraſa tabula: ita ſenſus cum ſemper afficiatur, patiaturque, ſit ſubiectum quoddam, cui congruat omnia ſenſibilia fieri, neceſſeque eſt, vt ſupra ſe habeat agens quiddam præſtantius, vt valeat omnia facere. Quare hoc putauerunt nonnulli, & etiam ipſe Arabs interpres, intelligentiam quandam eſſe, quæ pulſet ſenſum opitulante obiectu, atque ipſum impellat, vt qui prius poteſtate ſenſus fuerat, actu ſentiat, ſicut intellectus poteſtatis ab agente afficitur, vt actu intelligat.

Peripatetici contra, affici ſenſum tuentur.

Arabs interpres intelligentiam interpoſuit.

De auditu & ſonitu.

Cap. XII.

AVditus obiectum ſonum eſſe, non diffitentur antiqui, vario tamen modo: nam Alchmeon Crotoniates ſtrepitum fieri in aure exiſtimauit ob immiſſionem ſpiritus per inane: Empedocles irruptionem ſpiritus in auris coeleam, ibique irruptionem illam coarctatam tinnire: Plato percuſſum aerem, refractumque in capite ſenſum audiēdi ciere. Ariſtoteles bipartito ſonum diſtribuit, actu videlicet, aut potentia: potentia quidem, cum æs, aut durum aliquod non mouetur: actu vero, cum durum alicuius rei, & ad aliquid, & in aliquo mouetur; ait enim, impoſſibile eſſe, vt ab vno tantūm corpore ſonus efficiatur, cum ſit neceſſe, vt in vnoquoque ictu concurrant tria, percutiens, percuſſum, & in quo percutiatur. Non tamen à quacunque percuſſione ſonus editur, ſiquidem ex ſpongiarum inter ſe, aut plumarum colliſione non efficitur ſonus; ſed ex duris corporibus diuerberantibus aerem: diximus, diuerberantibus aerem, quoniam, ſi acus acum feriat, ſonare non poteſt, quippe cum neceſſe ſit, planum eſſe quod verberatur, vt inde aer diſſultando reſiliat, quo verberatum & verberans ſonum efficiant. Neque nos moueat, ſi virga quiſpiam aerem ipſum percutiat, & ſonum edat, cum non ſit in eo agitatu, niſi virga & aer: nam cum natura abinani ſemper abhorreat, partes aeris à virga diſciſſæ ſe inuicem collidunt, ex qua colliſione ſonus prouenit; ipſæ enim partes duorum corporum vice funguntur, medii ſcilicet atque percuſſi.

Ariſtoteles ab vno tantum corpore ſonum actu edi poſſe, negat: & corpora ſonantia dura eſſe oportere: item aerem diuerberantia:

Virga aerem ſcindens cur ſonum edat.

De Echo.

De Echo.

Cap. XIII.

Sciuit prætereæ Echo ſibi nomen à ſono, diciturque ἀπὸ τοῦ ἠχῶ, quod eſt, reſono: etenim ab aer prouenit, aut in ſinuoſo nemore, aut in aliquo anfractu concauo præcluſo. Ergo impulſus aer à crepitu, vel à voce excurrit, quouſque ab aliquo impedimento detineatur, vt non poſſit vltra progredi, quare, inſtar pilæ adactæ, neceſſe eſt, vt reſiliat, non recte tamen, ſed in gyrum: perinde vt aqua commota ab aliqua re proiecta gyros facit ab imo gradatim, qui ad ſuperficiem vſque conſpiciuntur.

De Olfactu.

Cap. XIV.

OLfactum Empedocles reſpirationem pulmonum eſſe, exiſtimauit. Alchmeon, eſſe vim in cerebro, aſſeruit. Ariſtoteles hoc non diffitetur, verum opinionem Empedoclis inſectorum exemplo redarguit, cum plane conſtet odorandi vim ineſſe apibus, quoniam è longinquo fummentis quibuſdam conueniunt, quibuſdam repelluntur, vnguentatos præterea vehementer infeſtant, quamuis ingrato ac noxio odore moriantur: quod ſi priuarentur olfactu, cum pulmones non habeant, nequaquam contingeret, vt ab odore aliquo afficerentur. Occurrit tamen huic loco quæſtio quædam: ſi animalia ſubducendo, atque attrahendo ſpiritum olfaciunt, quonam pacto poſſint inſecta odotamenta ſentire? quæ non reſpirant. Sed ſoluitur facile: quoniam reſpiratio & attractio ſpiritus non eſt cauſa princeps olfaciendi, ſed aperiendi potius meatus & fibras atque inſtrumenta, in quibuſdam animalibus obtecta, in quibuſdam (vt in inſectis) expoſita: quemadmodum in iis, quibus oculi præduri ac patentes ſunt, vt neque conniuere poſſint, neque diduci. Verum inſectis promptus eſt ſemper, apertuſque olfaciendi meatus, vt ſine aliqua reſpiratione olfaciant, at homines, & reſpirantia animalia conniuent oculis, & cum olfaciunt, ſpiritum attrahunt: quia non patet, neque promptus eſt iis olfactus, & viſus, ſicut inſectis, quibus vterque eſt promptus, atque expoſitus: icirco neceſſe eſt, quibus non patet olfactus, haurire naribus aerem. Teſtantur hoc vrinantes, qui cum in aqua animam non ſubducant, olfacere non poſſunt: & delphini, qui dum reſpirant, attollunt ſe in vndas, vt aerem captent: piſces vero, qui non reſpirant, in aqua olfaciunt: eſt enim aqua iis, qui in ea degunt, intermedium,

Quæſtio de inſectis.

dium,

dium, quemadmodum aer olfactus. Mihi autem arridet opinio quædã fortaſſe non reiicienda, cum inſecta in humore demerſa reuiuiſcere videantur, ſi tepido cinere operiantur, in cauſa eſſe texturam rariſſimam inſectorum omnium, cum corpus habeant, quaſi reticulatum, vt humore oppleta fluctuent, & quaſi mortua videantur: deinde ſi in Sole poſita, aut tepido aſperſa cinere fuerint, conceptus humor ſiccatur, & motus, qui fuerat ab humore hebetatus, & omnino deperditus recuperatur: quare illico euolant, tanquam reuiuiſcentia; diximus, tanquam reuiuiſcentia, quoniam reuiuiſcere ſemel extinctum animal, & redire idem numero impoſſibile eſt. Quapropter putandum eſt, aerem odore infectum penetrare corpora inſectorum, & ea ſic affici odoris acrimonia, vt odorem ſentiant ſine aliquo munere reſpirationis. *Autoris opinio de inſectorum olfactu.*

De Guſtu, eiuſque ſubiecto, ac ſaporibus.

Cap. XV.

GVſtum ſub tactu quiſpiam eſſe dixerit, quoniam id, quod guſtatur, attingitur: ineſt guſtus in humore, quamuis animal ad guſtandum humido actu non egeat; ſed potentia, vt humeſcere actu poſſit: nam à guſtabili efficitur guſtus: oſtendunt hoc ægri, qui ſi nimis humectam, aut nimis aridam habuerint linguam, guſtare non poſſunt, nec facile percipere ſapores: linguæ enim ariditas à felle prouenit, & amara omnia reddit; at ſi humecta fuerit, dulcia, propter pituitam. Sapores autem, dulce, & amarum principes ſunt, vt album & nigrum inter colores: reliqui vero appellantur medii, vt fuſcum, & venetum, in ſaporibus autem ſalſum, auſterum, acidum, & reliqui: præterea hi duo ſenſus, quemadmodũ cæteri, intermedio corpore, atque externo non egent, ſed annexo potius, carne, aut aliquo alio, quod vicem carnis gerat; ſunt enim inter ſe hi duo ſenſus fere ſemper affines, vt in potu cernere datur: etenim in eo, quod humidum fluidum, frigidum, aut calidum eſt, tactus afficitur: in eo autem quod dulce, auſterum, aut pingue, ad guſtum potius pertinet, & ſicut reliqui ſenſus actum percipiunt, & carentiam, atque etiam exuberantiam, ita hi duo id, quod excedit & deficit: verum à defectu & priuatione ſenſus non lęditur: ab exceſſu autem non modo læditur, verum etiam aliquando aboletur, ſiquidem tenebræ, & ſilentium non lædunt auditum, aut viſum, ſed lux maxima aut ingens ſtrepitus, & guſtus à re, quæ non ſapit, non læditur, ſed ab infecto ſapore, ita etiam tactus ab intangibili, vtpote à voce, & inani non læditur, ſed à vehementi tangibili.

Guſtus ineſt in humido, ſed moderato.

Sapor autem vel dulcis, vel amarus, vel mixtus.

Digitized by Google

De Senſu interiori.

Cap. XVI.

Senſus communis ſenſatorum omnium ſimulacra ſuſcipit, dein iudicat.

Quinque enim exteriores ſenſus principi, & interiori ſenſui ſpecies obiectas offerunt. Imaginatiua autem, theſaurus formarum conſeruat obiecta ſibi trāſmiſſa à ſenſu communi, quæ Æſtimatiua componit, ac diuidit, elicitque intentiones non ſenſatas: quas commendat memoriæ: quā Reminiſcentia ſubſequitur. quæ poſterior, & rediuiua memoria eſt.

SEd hos quinq; ſenſus, quos diximus, fortaſſe rectius miniſtros alterius interioris ſenſus libet appellare, quoniam etſi oculus eſt, qui colores contuetur, non tamen ipſe iudicat, & decernit, nec auris voces exaudit, ſed interior ille reliquorum ſenſuum & veluti miniſtrorum princeps ac dominus, qui non modo ab albis nigra, ſed ab ipſis coloribus vno, eodemq; momento dulcia diſcernit: verum apprehendatne vt iugata, an per partes, variæ ſunt Philoſophorum, & diſcrepantes ſententiæ. Res quidem digna admiratione eſt, ſi ad functiones & munera reſpiciamus, ſi vero ad artificis prouidentiam, nihil mirum: ſed puto fore operæprecium, ſi de intimis quatuor poteſtatibus, quib. animal ſentit, & animalium omnium princeps homo deſeruientibus iis intelligit, aliquid breuiter perſtringamus. Primum quidem munus miniſtri illi quinque exteriores exercent, quoniam imagines rerum, quas per propria obiecta accipiunt, communi ac principi ſenſui tanquam fideles quæſtores apportant: ille vero transfert, & quaſi relegat eas poteſtati imaginariæ, quoniam in ea ſub conditione ſenſoria effingūtur ſimulacra, extenduntur que multiformi additamento abſque ſenſuum præſentia. Deinde alia poteſtas, qua cogitamus, cuius officium eſt ſingillatim, non autem in vniuerſum componere, diuidereque, ac verſare, & tanquam ex arbitri officio iudicare, functiones ſuas exoluit: quibus exactis, commendat omnia poſteriori receptaculo cerebri, cuius cauſa meminimus & reminiſcimur. Differt autem memoria à reminiſcentia, non quidem ſubiecto, ſed præſtantia, communior enim memoria eſt, quam non modo exercent homines, verum etiam bruta nonnulla: reminiſcentia vero ſolius hominis eſt, quippe cum nullum animal ratiocinio vtatur, præter hominem, cui tantum electio ineſt, cum qua reminiſcentia copulatur: nam reminiſcentia percurſio quædam eſt, & poſterior memoria, cum nihil aliud ſit, niſi reuocatio obliteratæ rei, atque deperditæ, ambæ tamen egent tempore, & de præterito ſatagunt: etenim quotieſcunque contingit homini meminiſſe præteritorum, vis illa, quæ cogitat, rem in poſtrema parte cerebri ſeruatam, & quaſi commendatam accipit, attenuatam tamen & pene exutam craſſitudine materiæ: accipit etiam à parte imaginaria ſpectrum, & (vt ſic dixerim) idolum illius rei, quam prius diuiſerat, quod quidem componit & comprobat cum re à receptaculo deducta, quam vbi comprobauit,

Digitized by Google

bauit, iudicat eam eſſe, & ſic ſtatim, veluti peracto iudicio, reminiſcitur.

De parte, qua diſtamus à belluis: & exploditur error Auerrois.

CAP. XVII.

SEquitur, vt de ea parte, qua diſtamus à belluis, diſſeramus, cum nihil magis ad hominem ſcire pertineat, quam quo pacto cæteris animantibus antecellat, quoniam in quibuſdam ſenſibus ab ipſis proculdubio ſuperamur, ratiocinio vero, cogitatione, & immortalitate pręſtamus. Animam frutices, & belluæ ſortitę ſunt; at homines animam, & mentem, quam nonnulli intellectum nuncupant: hanc multi veterum exiſtimauerunt idem eſſe cum ſenſu, vt Empedocles, atq; etiam Homerus, & fere omnes alii, qui putauerunt, corpoream eſſe animam, argumento, quod ex ſimilibus ſimilia cognoſcuntur. Nec vero negandum eſt, affinitatem quandam eſſe inter ſentire & intelligere: ſiquidem ſenſus à ſenſibilibus afficitur, & intellectus ab intelligibilibus: verum in eo differunt, quoniam ſenſus (vt diximus) à vehementi ſenſibili læditur, & ſæpenumero perimitur, intellectus autem ab excellenti intelligibili perficitur: quin etiam dum commeat in actum, abſoluitur à poteſtate, euaditque illuſtrior, atque perfectior. Intellectus poſſibilis dicitur etiam à nonnullis materialis, quoniam gerit vicem materiæ, cum nullam actu familiarem aut præcipuam formam obtineat, poteſtate tamen referat omnia: hic primo progreſſu datur infantibus, deinde procedente tempore, opitulantibus viſis, ſiue (vt recentiores aiunt) phantaſmatibus, adipiſcitur notiones; ac differentias rerum, & ſic à poteſtate in actum perducitur ab intellectu agente: quoniam res quæ natura conſtant, primum potentiam aſſequuntur, deinde perfectionem abſolutionemq; nam fruſtra eſſet eis attributa potentia, niſi ab ea demigrarent in actum. Intellectus igitur noſter, cum ſit tantum poteſtas & habilitas, vt poſſit omnia fieri, neceſſe eſt, vt ab aliquo agente eſſe aliquid actu, concedatur: vt nō modo ipſe perficiatur, verum etiam res ab eo intellectæ, quemadmodū colores à lumine perficiuntur. Præſtantior ergo eſt intellectus agens intellectu potentiæ; quoniam ille facit, hic patitur: verum poteſt hic, qui patitur, dici prior, non tamen abſolute, ſed eo modo, quo aurora pręcedit Solem, vterque tamen immortalis, infatigabilis, incommixtus, impatibilisque: nam quamuis dixerimus, intellectum agentem

Intellectus differt in pluribus à ſenſu: nam ab excellenti intelligibili perficitur. Senſus autem ab huiuſmodi ſenſibili corrumpitur.

Intellectus poßibilis & communis gerit vicem materiæ, & poteſt omnia fieri.

Agens præſtantior eſt, & poſterior eo modo, quo auroram ſubſequitur ſol.

 facere,

facere, intellectum vero poteſtatis pati, tamen non ea ratione patitur, vt ille, quem Ariſtoteles patibilem & communem appellat, ſiquidem amare, meminiſſe, odiſſe ad intellectum corruptibilem pertinet, quia cum corpore commiſcetur, & cum ipſo corpore corrumpitur, ſed ad intellectum potentiæ non pertinet pati, quoniam ſeiunctus, incommixtusque eſt, dicitur tamen pati, quando ad actum perducitur, & perficitur, tanquam à forma materia. De tribus his variæ apud nonnullos fuere opiniones, plerique Arabum, & in primis ipſe Ariſtotelis interpres, dixerunt, hominem à belluis differre intellectu patibili, quē etiam communem diximus ab Ariſtotele nuncupari: dicunt etiam vim illam, qua cogitamus, eſſe proprium hominis, quoniam bruta non cogitant, neque ratiocinantur, ſed potius naturæ ductu exiſtimant quoquo modo, vt appetant vtilia, quæ adſunt, & deuitent ea, quæ nocent. Dicunt præterea vim illam, qua cogitamus, deſeruire homini, dum diſtinguit, & comparat res, quas ipſi indiuiduales appellant: quemadmodum ab intellectu poteſtatis, qui eſt incommixtus, atque impatibilis, vniuerſalia diſtinguuntur, atque comparantur, & cogitatrix illa vis vna cum ea, qua recordamur, præparat viſa, ſeu (vt aliqui aiunt) phantaſmata ad actiones intellectus agentis admittendas, à quo actiones ipſę intelligibiles actu efficiuntur, perinde vt artes, quæ aptant, & parāt materiam artificis. Hunc etiam intellectū rationem nuncupant, aſſeruntq; ab ea rationales homines denominari. Dixit hoc (vt arbitror) interpres plane impius & ſine aliqua religione, quamuis in enodandis, explicandisque Ariſtotelis ſenſibus habeatur eximius, vt paulatim exitialem illam opinionem in mentibus hominum inſtillaret, ſcilicet intellectum humanum eſſe vnum numero; quod non modo videtur abſurdum, ſed ab Ariſtotelicis decretis diſſentaneum: nam ſi vnus eſſet intellectus ille, qui ab Ariſtotele nuncupatur paſſibilis, profecto tam ipſe, quam intellectus agens ſemper extitiſſent, cum alter ſine altero eſſe non poſſit: & ne ambo tanquam ocioſi conſiſterent, neceſſe etiam eſſet, vt notiones, quæ ab agente proueniunt in intellectum potentiæ, ipſæ quoque ab æterno fuiſſent: vnde aut fatendum eſſet, fruſtra aliquid conſtituiſſe naturam, aut nouationes rerum, ſenſus, & ſpeculamina, circa quæ verſatur intelligens, omnino non eſſe: quare Ariſtoteles laudatus ab ipſo interprete, appellatusque numen, atque naturæ miraculum, daret manus, tanquam victus ratione Platonis, qui ait, ſcire noſtrum eſſe reminiſci.

Qua potiſſimū parte differamus à brutis: Auerroes putat patibili intellectu, vt ſcilicet

vnum eſſe numero humanum intellectum, prauam inſinuet opinionem.

vnde abſurda plurima ſequerentur.

Aduerſus

Aduerſus eos, qui animas hominum cum corpore interituras, Ariſtotelem putauiſſe, ſcripſerunt.

C A P. XVIII.

SEd quid mirum, ſi Arabs atheos, hoc eſt, ſine Deo, euerſor religionum omnium, & hoſtis etiam ſuæ, affirmet, hominis animam eſſe ſubſtantiam vnicam ſub lunari circulo, quando nonnulli, qui ſacramentum Chriſtianæ religionis acceperunt, animas hominum cum corpore morituras putaſſe Ariſtotelem ſcripſerunt, non animaduertentes, quantum nefas ſit, adducere in hac re grauiſſimum teſtem, cuius ſola autoritas poſſet etiam profanis opinionibus opitulari: fortaſſe grauis ac moleſta illis eſt perennis vita, maluntque poſt obitum nihil eſſe quam viuere: aiunt enim, ideo Ariſtotelem cenſuiſſe animam humanam ſimul cum corpore interire, quia dixit: *Si habet anima opus proprium, poteſt contingere, vt à corpore ſeparetur: ſi vero non habet opus proprium, non poteſt contingere eam ſeparari.*

Ab impiis Philoſophis ſubducendus eſt grauiſſimus teſtis Ariſtoteles,

cuius ambiguus textus explicatur, & immortalitatem animæ aſſerẽtes loci afferuntur plerique,

Plane nulli dubium eſt: ſi anima habet affectionem propriam, quin poſſit ea ſeparari tam opere, quam eſſentia: ſiquidem ipſius eſſentia non conſtat ex corpore, verum functiones affectionesque, vt ſunt amare, odiſſe, lætari, & his ſimilia, ſine famulatu corporis moliri non poteſt: cum ſit neceſſe, inſculpi ipſis animis imagines & viſa adminiculo ſenſus, idcirco eget ratiocinio, vt ea munera, quæ diximus, obeat. Quod ſi non poteſt anima ſuum opus explere ſine adminiculo corporis, non ſequitur, vt non poſſit eſſe: nam aliud dicitur agere, aliud dicitur eſſe: recte igitur dicemus, ſi notio animæ ratiocinando non poteſt acquiri ſine corpore, non poteſt abſque eo produci in actum, ſed recte poteſt anima eſſe ſine corpore, quamuis, dum ratiocinatur, non poſſit ſeparari à corpore. Ariſtoteles præterea in libro de generatione animaliũ ita ſcriptũ reliquit. *Quorum principiorũ actio eſt corporalis, hæc ſine corpore eſſe non poſſe certũ eſt, vt ambulare ſine pedibus, quare ea venire extrinſecus impoſſibile eſt.* Deinde ait: *Reſtat igitur, vt mens ſola extrinſecus accedat, eaq; ſola diuina ſit, nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis.* Deinde paulo inferius ſic: *Corpus autem genituræ, in quo ſemen animalis principii contentum vna prouenit, partim ſeparabile à corpore, in quo diuina pars comprehenditur, qualis eſt, quæ mens appellatur, partim inſeparabile.* Ad hæc duplici notione gaudet anima, altera qua ratiocinatur intercedentibus viſis, altera, qua ſine imaginibus intelligit res, quemadmodum ſunt, hæc quidem à recentioribus intuitiua notio appellatur, nam cum à corpore & à materia ſeiuncta abſolutaque anima eſt, non priuationes intelligit, ſed res ipſas vt ſunt. At interrogandi ſunt mihi ii, qui hominum animas cupiunt aboleri, cur Ariſtoteles in eodem libro de ingenio animæ ſeparari aliquid

Animam duplici notione gaudere.

O 3 aſſeruit,

Digitized by Google

aſſeruit, tanquam à moribundo perpetuum: ſatis etenim conſtat, Ariſtotelem in eo libro non debuiſſe affirmare, aliquid ſeiunctum ſeparatumque à materia, ſed potius innuere: quoniam ſemper ipſi mos fuit, non progredi vltra præſcriptum: neque vir ille ſummus fungitur interpretis officio, qui neceſſario in diuerſa diſtrahitur, vt quæque res poſtulat, ſed tanquam auriga ſcientiarum non pertranſit ſcientię alicuius limites conſtitutos: itaque differens de tota anima, tanquam de naturali re, quæ non poteſt à corpore & à motu ſegregari, non potuit clarius immortalitatem animæ præfinire: ſed in libro de animalibus, vtpote qui hiſtoricus eſt, nec addictus materiæ & motui, ita ait: *Conſtat, non oportere eum de omni anima diſputare, qui res naturales deſcribit: quoniam non omnis anima natura eſt, ſed aliqua eius pars vna, atque etiam plures.* Et paulo poſt: *Rem à materia abſtractam nulla poteſt naturalis ſcientia contemplari.* Appoſite ergo ſe excuſat: dum de naturalibus diſputat, ſe non poſſe rem aliquam ſeiunctam à materia meditari: ſatis enim fuit in eo libro, quem de anima corpori implicita edidit, innuere tantum immortalitatem, non omnino abſoluere. Verum in libro primę Philoſophiæ, vbi de ſeparatis ſubſtantiis, & de ideis loquitur, ſeparationem intellectus affirmauit. Sed neſcio quo fato in eo loco, in quo Ariſtoteles & voluit & potuit magis perſpicue loqui, inueniatur ambiguitas quædam, ob aduerbium apud Græcos æquiuocum, ἴσως videlicet, quod nunc accipitur pro fortaſſe, nunc pro æque. Dicerem ego in hoc loco, ἴσως potius æque quam fortaſſe ſignificare, niſi arrogantiæ argui vererer, cum tot pręſtantiſſimi interpretes verterint potius fortaſſe, quam æque. Equidem non ignoro (vt ille ait) quam mihi curta ſupellex ſit, in iis præſertim rebus, in quibus aut parum, aut nihil me profeciſſe, non negauerim: *vtpote qui à puero in caſtris inter arma & equites potius, quam inter Philoſophos degerim.* Sed dabitur mihi venia, ſi religionis noſtræ, quin potius veritatis ipſius cauſa affirmare auſim, Ariſtotelem voluiſſe dicere potius *æque*, quod mihi quidem arridet, & ſubblanditur, quam illud aduerbium, ſcilicet *fortaſſe*, quod alii è Græco verterunt. Quare velim loco huic apponi vtramque ſententiam, vt quiſque id, quod magis veritati congruat, poſſit pro captu, atque ſuo arbitratu aſſumere. Verba quæ ſuper hac re Ariſtotel. poſuit, hæc ſunt: τὰ μὲν κινοῦντα αἴτια ὡς προγεγενημένα ὄντα, τὰ δὲ ὡς λόγος ἅμα, ὅτι ὑγιαίνει ὁ ἄνθρωπος, τότε καὶ ὑγίεια ἐστὶ, καὶ τὸ σχῆμα τῆς χαλκῆς σφαίρας ἅμα καὶ ἡ χαλκῆ σφαῖρα, εἰ δὲ καὶ ὕστερόν τι ὑπομένει σκεπτέον, ἐπ' ἐνίων γὰρ οὐδὲν κωλύει, οἷον εἰ ἐστὶν ἡ ψυχὴ τοιοῦτον, μὴ πᾶσα, ἀλλ' ὁ νοῦς, πᾶσαν γὰρ ἀδύνατον ἴσως. Hæc primus interpres totidem verbis ita conuertit: *Mouentes quidem cauſa velut prius facta exiſtentes, quæ autem vt ratio ſimul, quando enim ſanatur homo, tunc etiam ſanitas eſt, & figura ænea ſphæra ſimul & ænea ſphæra: ſi autem*

Naturalis ſcientia non agit de rebus à materia ſeiunctis.

ἴσως aduerbium in partē magis piam interpretatū.

Ne te pudeat, Martis, ac Palladis alumne, heros clariſſime, ſat luculētam poſteris tuis gloriæ ſacem prætuliſſe.

autem poſterius aliquid manet, perſcrutandum eſt: in quibuſdam enim nihil prohibet, vt ſi eſt anima talis, non omnis, ſed intellectus, omne namque impoſſibile forſan. Poſteriores etiam interpretes, quamuis elegantius in orationis ſerie: tamen eadem fere verba poſuerunt. At mihi clarior & magis obuia videtur eſſe ſententia: ſi particula illa, quæ Græce eſt, μὴ πᾶσα ἀλλ' ὁ νοῦς, πᾶσαν γὰρ ἀδύνατον ἴσως, conuertatur ſic: *Non tota, ſed intellectus: totam enim æque permanere impoſſibile eſt.* Nam diuerſum quiddam ſignificant inter ſe dictiones illę, ſcilicet impoſſibile, & forſan: cum altera affirmationem, altera ambiguitatem iniiciat. Dixerat Ariſtoteles prius, in quibuſdam nihil prohibere, vt ſi anima talis ſit: deinde ſe reprimit, inquiens, non omnis: & rurſus affirmat, ſed intellectus: demum concludit & quaſi præfinit: ſine illo fortaſſe, & ſine aliqua dubitatione, diuiniorem partem animæ, ſcilicet intellectum, permanere, partes vero complicitas corpori, eo iam mortuo, eſſe impoſſibile æque cum intellectu conſiſtere.

De naturali ac iuſto rationis imperio.

CAP. XIX.

SEd ad Plutarchum ipſum redeamus, qui ait: *Porro Ariſtoteles (vt ex iis quæ ſcripſit, liquido patet) iis rudimentis maiori ex parte vſus eſt, quanquam poſtea illam animi affectionem, quam excandeſcentiam nuncupant, cupiditati coaptauit, vt diceret iram eſſe cupiditatem quandam vlciſcendi, ſed ſemper in hoc perſtitit, vt ea pars animæ, quæ affectui addicta, & ſine ratione eſt, ab ea, quæ ratione vtitur, ſemper differret. Verumtamen cum dicit, ſine ratione, non eo tendit, vt prorſus rationis expers intelligatur, quemadmodum ea pars animæ, quæ ſentit, ac ſenſibilis dicitur, augetque, & alit.* In parte hac Plutarchus expoſitione non eget: ſiquidem ipſemet ſe exponit, & explicat, oſtendens, Ariſtotelem aſſeruiſſe conſtanter differentiam inter partes animæ rationis impotes, & eas, quæ ſunt rationis compotes, vt eſt, excandeſcentia & cupiditas: quæ etſi ratione carent, rationi tamen obſequuntur: quoniam non ſunt vſque adeo ab ipſa abhorrentes, vt dici poſſint penitus rationis expertes, quales ſunt illæ partes, quibus animal augetur, & alitur, quæ ſunt immerſæ & addictæ materiæ, quoniam ab ipſa germen & pullulum acceperunt. Hac ipſaq; ratione reliqua ob eorum facilitatem non apponenda cenſuimus. Deinde ſequitur: *Quod ii qui mirantur, quonam pacto* *Ariſtoteles differentiam poſuit inter partem ratione vtentem, & non vtentem.*

Hæ autem animali obtemperat,

illa huic imperat natura, quippe

partes illæ irrationales cum ſint, obtemperent rationi, non videntur plane intellexiſſe, quanta ſit rationis vis, & quatenus progrediatur. Conſtat autem, Ariſtotelem imperium animæ diuiſiſſe bifariam: aliud enim dixit eſſe herile, quod deſpoticum nuncupat, aliud ciuile, quod appellat politicum: & herili quidem imperio anima pręcipit corpori, ciuili vero ratio appetitui: vtpote qui ſæpe rationi repugnet, immo etiam aliquando facit, vt ſibi à ratione obtemperetur. Sæpiſſime tamen ducitur pars irrationalis in hominibus bene conſtitutis, vt rationi obediat: & hoc quidem (ait autor) non duro & aſpero ductu, ſed leni, ac moderato, blandoque, vt qui habeat in ſe aliquid ad perſuadendum ducendumque omni neceſſitate & violentia efficacius. Adducit etiam Homerum, vt innuat, quemadmodum affectio partis animæ ratione carentis cum altera, quæ ratione vtitur, conformetur & congruat. Nam in Odyſſea Homerus ait:

Anima regit corpus imperio herili, ſiue deſpotico: affectus politico, ſiue ciuili.

Τῆς δ' ἄρ' ἀκουούσης ῥέε δάκρυα, τήκετο δὲ χρώς.
ὡς δὲ χιὼν κατατήκετ' ἐν ἀκροπόλοισιν ὄρεσφιν,
ἥν τ' εὖρος κατέτηξεν ἐπὴν ζέφυρος καταχεύῃ,
τηκομένης δ' ἄρα τῆς ποταμοὶ πλήθουσι ῥέοντες,
ὣς τῆς τήκετο καλὰ παρήϊα δακρυχεούσης,
κλαιούσης ἑὸν ἄνδρα παρήμενον. αὐτὰρ ὀδυσσεὺς
θυμῷ μὲν γοόωσαν ἑὴν ἐλέαιρε γυναῖκα,
ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν ἠὲ σίδηρος
ἀτρέμας ἐν βλεφάροισι, δόλῳ δ' ὅγε δάκρυα κεῦθε.

Sic Vlyſſes affectum coram Penelope compeſcuit.

Quæ quidem verba oſtendunt, Penelopen genas lachrymis irrigaſſe, veluti amnes, qui abundantius profluunt, liquata niue à Zephyro. Vlyſſes tamen, quem nunquam Minerua, hoc eſt, ratio recta deſeruit, quamuis vxoris commiſeratione motus, non fudit lachrymas, ſed affectum ratione compeſcuit, vt eius oculi ſicci, quaſi cornua aut ferrum coniugem intuerentur. Hoc autem aſtu atque prudentia fecit, ne in ea domo, in qua erant proci, quos cupiebat vlciſci, cognoſceretur. Appingit etiam huic loco Plutarchus exemplum aliud earum partium, quibus datur opera liberis, ſi quando contingit, vt aliquis iuxta pulchras fœminas aſſiſtat, & ignoret, quæ illæ ſint, tentigo elicitur: ſed vt primum ſenſit, eas eſſe ſorores, aut filias, quas nefas eſt tangere, partes illæ ſtatim concidunt, & retrahuntur, tanquam ratio eas ſuo ſub freno coerceat. Idem ait euenire in eduliis: nam etſi multi, dum ignorant obſonia, ſuauiter edunt: tamen vt primum ſenſerint ſe impurum aliquid, aut lege vetitum ediſſe, non ſolum moleſtia afficiuntur maxima: verum etiam ad nauſeas ſe, vomitionesque conuertunt. Redit denuo autor ad Muſicam, veritique ſe ait, ne ludicra nugatoriaque & pene puerilia videatur afferre, ſi pſalteria, citharas & tibias teſtes adduxerit: & hæc

Imperium rationis genuino probatur exemplo.

tantum-

tantummodo attingit, non explicat: prius autem dixerat non abre Pythagoram indulſiſſe muſicis artibus, quia non ignorabat, partes animæ ratione carentes eſſe indigas alterius cuiuſdam perſuaſionis & auxilii: nunc autem reuoluitur eodem, inducens inſtrumenta Muſicæ, quæ congruant cum affectibus, quos nobis neceſſarios natura diſtribuit: nec iniuria nos concentus & numeri demulcent & excitant, quia natura æquabilitate quadam, & compoſita ſerie nos conſeruat & alit, quemadmodum permixtio contrariarum vocum concinne coeuntium patit, & ſeruat conſonantiam: hac de cauſa dixit, inſtrumenta à Muſica arte excogitata, comparataque rebus inanimatis, congruere & reſpondere in luctu, cantu, & voluptate: imitarique iudicia, affectus, & mores, cum deprehendantur in Muſica poteſtates quædam, quæ mœrorem, gaudium, & excandeſcentiam excitant. Modulationes autem, quæ affectus mouent, aliæ Phrygiæ, aliæ Lydiæ, aliæ Doriæ: Phrygias modulationes nonnulli aſſerunt eſſe lugubres, nonnulli excitatrices certaminum: alii vero hoc facere Lydias, quas Plato à ſua republica exploſit, tanquam accommodatas gemitibus: Dorias modulationes graues eſſe, aſſerunt: quare modum illum caſtum dicunt, largitoremq; prudentiæ. Deinde dicit: Se poſſe citare Zenonem, qui in theatro certantibus alternatim citharædis, ad diſcipulos inquit: *Eamus, vt diſcamus, quam vocem edant inteſtina, nerui, ligna, & oſſa, & quonam pacto rationem, numeroſque admittant, & referant.* Inteſtina dixit, & neruos, quia ea, quæ pulſantur, vt barbitus, lyra, & cithara, neruiis implentur, quæ ex inteſtinis animalium efficiuntur. Ligna & oſſa, dixit, propter tibias, fiſtulaſque, quoniã tibiæ ex buxo, lauro, aliiſque lignis conſtant: fiſtulæ vero ex oſſibus. Scythas aiunt inflaſſe primum fiſtulas ex aquilarum, vulturumque oſſibus: Arimaſpi etiam iis vtuntur vice tibiarum; alii dicunt ex tibiis gruum, & ex iis nomen habuiſſe; ideo dixit oſſa, ligna, neruos & inteſtina vocem edere. Deinde proſequitur; Zenonem ipſum libenter velle ab eis diſcere, quid eſt, quod tantopere mirentur, & dubitent, ſi ea vis animæ, quæ iraſcendi, appetendi, triſtandi, & gaudendi vim habet, rationi obediat, cum videant canes, equoſque, nec non & aues cicures conſuetudine quadam victu, & documento voces auditu faciles referre, motus etiam, habitus, & geſtus moderatos, noſtroſque ad vſus accommodatos, atque obtemperantes rationi cedere, cum præſertim Homerum legerint, à quo Achilles inducitur, qui non modo homines, ſed etiam equos hortabatur ad pugnam. Nam in Iliade Xanthũ & Valium iugales Achilles alloquitur, hortaturque, ne ipſum ſicut Patroclum in pugna deſerant, ſed Achiuis confecto prælio deducant incolumem. Homeri quidem carmina hæc ſunt:

Item muſica ratione.

Quæ modulationes quos affectus excitẽt, conſopiantve.

Præter Pythagoram etiam Zeno videtur aſſeruiſſe muſicam ad animæ motus ſedandes pertinere, cum ſeſe ad ſpeculandã muſicam in ipſis inſtrumẽtis diſcipulos hortatus eſt.

Si canes & equi rationi obediunt, multo magis noſtros affectus obedire par eſt. Hinc Achilles haud fruſtra equos ſuos alloquitur.

Ξάνθε τε καὶ Βαλιέ, τηλεκλυτὰ τέκνα ποδάργης,

ἄλλως δὴ φράζεσθε σαωσέμεν ἡνιοχῆας.
ἄψ δαναῶν ἐς ὅμιλον, ἐπεί χ᾽ ἕωμεν πολέμοιο·
μὴ δ᾽ ὡς πάτροκλον λίπετ᾽ αὐτόθι τεθνειῶτα.

Item ait eſſe inſitum à natura, vt id quod ratione priuatur, ei parti, quæ ſapit, & ratione vtitur, ſemper obediat. In cauſa autem ait eſſe, quoniam ab ipſa afficitur, & temperatur, cum altera ab altera diſiuncta nõ ſit, nec quaſi colonia relegata, neque extrinſecus ficta, neq; plagis quibuſdam formata, quoniam partes animæ, cum ſint potentiæ, ſubiecto non differunt, ſed definitione tantummodo: quemadmodum in circumferentia circuli concauum & conuexum, quæ quamuis reipſa idem ſint, definitione tamen differunt, cum alia ſit definitio conuexi, & alia concaui. Quapropter dixit, eſſe natura appenſa atque coalita, à conſuetudine expleta & abſoluta, vt recte mos appelletur. Quæ deinde ſequuntur, quia per ſe dilucida ſunt, præteribimus. Hinc ad reliqua pergens ait: *Tria autem circa animam ſunt, vt ipſi aiunt, primum habilitas illa, qua potentia dicitur, deinde affectio, poſtremo habitus.* Potentiæ aliæ ſunt natura, aliç ratione: natura ſunt, quæ non poſſunt ad oppoſita ferri, vt id, quod graue eſt: etenim ſi ſua vi poteſt deorſum tendere, non poteſt niſi alieno impulſu moueri ſurſum, at eç, quæ conſtant ratione, vt ſunt potentiæ intellectus, non habent præſcriptum aliquod, quo tendant, ſed poſſunt pro ſuo arbitratu agere etiam in oppoſita, vt candidũ, & atrum, meditari, quieſcere, & iraſci, amare, & odiſſe; quamuis nequeant (vt Dialectici aiunt) contradictoria exequi: cum non poſſint eodem modo intelligere non ens, quamuis facile intelligant ens. De hac ipſa poteſtate locutus eſt autor. Iccirco ait: *Potentia eſt principium & materia affectionis, vt iraſcendi, pudendi, & fidendi vis eſſe dicatur: affectio autem motus quidam eſt ipſius potentiæ, vt ipſa ira, ipſa fiducia, ipſe pudor, ipſa audatia. Habitus vero eſt confirmatio ipſius potentiæ ratione carentis, ortus à conſuetudine: qui ſi fuerit bene ratione conſtitutus, virtus efficitur: ſi vero male, vitium.*

Tria circa animam, potentia: affectio: habitus.

Finis Libri ſecundi.

ANDREÆ

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS

DISPVTATIONVM IN LIBELLVM PLVTARCHI CHERONAEI DE VIRTVTE MORALI

LIBER TERTIVS.

De ſapientia atque prudentia, deque iis rebus, quæ in conſultationem cadunt.

Cap. I.

CVm de ea virtute, quæ ad mores pertinet, in initio Plutarch. ſe dicturũ eſſe, promiſerit; nunc quaſi nouo vtens exordio, de aliis virtutibus incipit diſſerere: quæ verſantur in ea parte animæ, quæ rationis eſt compos: ſiquidem ab ea duæ profluunt poteſtates, altera ſcilicet, qua rata & neceſſaria contemplamur: altera, qua meditamur incerta. In illa quidem ſapientia perficitur, & ſcientia; in hac vero, prudentia. Eſt autem ſapientia mentis opus, dum quis diuina, firma, neceſſaria, & admiranda cognoſcit: non enim verſatur ſapientia circa cognitionem earum rerum, quæ poſſunt alio atque alio ſeſe modo habere, nec aliquam mutationem admittit, ſed circa ea verſatur, quæ neceſſaria ſunt, & firma, videlicet, quia Dei prouidentia vniuerſa reguntur, conſeruanturq;, & alia omnia, quæ ad magnas res, atque diuinas pertinent. Ab hac con- *Sapiētia eſt de neceſſariis, firmis atque nobiliſſimis.*

eſtque caput ſcientia, qua eſt indagatio rerum naturalium per cauſas, quã Plato per reminiſcentiã acquiri putat. Prudentia vero eſt recta ratio rerum agendarum.

templatione ſcientia prouenit, quæ eſt indagatio rerum natura conſtantium, quæ etiam nequeunt aliter ſe habere, cuius proprium eſt, ſcire. Hanc Plato per doctrinam, atque reminiſcentiam acquiri putat, dũ ratio, quæ alas amiſit, ſi ſe conuertat ad mentem, reminiſcendo ſtatim abiectas alas aſſumit. At ſi contemplatio ad res incertas, & erroris plenas deſcendit, non amplius ſapientia eſt, neque ſcientia, ſed potius prudentia, quæ longo experimento atque doctrina paratur, quare erit recta ratio agibilium, in qua ineſt electio, atque fuga. Iccirco Plutarchus ait: Quoniam autem non exiſtimant, omnem virtutem eſſe in meditullio extremorum, neque omnem virtutem eſſe moralem, neceſſe eſt, vt de earum differentia repetito altius principio diſſeramus, cum res ſint aliæ, quæ ex ſe conſtant, vt cœlum, aſtra, terra, mare: aliæ, quæ ad nos attinent, vt bonum, malum, fugiendum, appetendum, gratum, moleſtum: Cum vtrunque hoc ratio ſpeculatur, quatenus de iis agit quæ certa ſunt, & ad optionem noſtram non attinent, ſcientia & contemplatio eſt: quatenus vero de iis, quæ ad nos attinent, conſultrix eſt, & actiua. Huius quidem virtus prudentia eſt, illius autem ſapientia: hæ cum ambæ proueniant ab optima poteſtate animæ, & ſapientia intelligat, & prudentia opinetur: neceſſe eſt, vt ipſa prudentia in electione agibiliũ, atque in adminiſtratione rerum coniectura & conſilio conualeſcat. Verum ſapientia, & ſcientia quoniam meditantur, quæ certa ſunt, nullo pacto conſultationem admittunt: cum nemo ſit (niſi plane deſipiat) qui conſultet, an homines moriantur, aut, an cœlum ab oriente in occaſum moueatur, ſed tantum de ambiguis, vt in caritate annonæ, præſtetne adduci triticum ex tranſmatinis regionibus, an non præſtet propter diſpendium in aduectione? de iis rebus & ſimilibus conſultant homines, ſiue rem publicam, priuatamve domi adminiſtrent, ſiue foris de rebus bellicis conſultent, videlicet, conducatne exercitui paciſci inducias, an ſit è re potius confligere? Sed neque ſciens de pertinentibus ad ſcientiam conſultat, vt ſi triangulus tres angulos habeat æquales duob. rectis, quoniam hoc plane nouit, ſi peritus fuerit illius ſcientiæ, quæ pertinet ad Geometràs. Ait præterea, prudentiam egere fortuna, nam quamuis in nauigatione gubernator expertus, & prudens ſit, vt vela explicet opportune, & clauum bene dirigat ad portum: tamen niſi faueat ventus, nunquam aſſequitur, quod animo concepit. Ita & in aliis rebus, quæ ad actionem pertinent, homines non modo prudentia indigent, verum etiam fortuna: ſapientia vero, quia nihil in ſe incerti continet, fortuna non eget.

eſtq; conſultrix & actiua.

Conſultat autem de rebus ambiguis: nam

ſciens non conſultat.

Ideo prudentia ope fortuna indiget.

De Pro-

Digitized by Google

De Prouidentia, Fato, voluntate, fortuna, & caſu.

CAP. II.

DE fortuna quidem, de qua tantum autor innuit, afferre aliquid, vagarique parumper non puto fuerit diſſentaneum, cum non modo de ea loquantur Philoſophi, & qui diuina altaque rimantur, verum etiam tonſores, imitantes pſittacos, qui ea, quæ loqui geſtiunt, ignorant; nemo enim tam aut iners, aut occupatus eſt, qui non auſit de fortuna diſſerere. Verum vt innoteſcat clarius, quid fortuna ſit, quatuor illa ſimul videntur declaranda, quibus Plato dixit omnia contineri: prouidentia: fatum: voluntas hominis: & caſus. Prouidentia quidem eſt voluntas Dei ab ipſius bonitate proueniens, ob tutelam entium: nam rerum omnium ratio, quæ in diuina mente, ac in faſtigio ſimplicitatis illius reſidet, euenta rerum, quatenus in nobis ſunt, ita dirigit, vt eueniant ab ipſius voluntate, ipſi tamen Deo non euentitia, ſed præſentia, & certa ſunt omnia, quamuis nobis ſint incerta & contingentia. Nec nos moueat conſideratio, quonam modo poſſit eſſe cognitio neceſſaria Deo, hominibus vero contingens, cum ſæpenumero videamus, (vt ait Boetius, & in eum Diuus Aquinas) vno atque eodem intuitu oriri Solem in cœlo, dum quis in terra deambulat, & tamen illud ſcilicet oriri Solem eſſe neceſſarium, deambulare vero hominem eſſe contingens: quare non erit ab re, ſi diuina mens proſpiciat ea, quæ nobis ſunt euentitia, cum ſint ipſi Deo firma & neceſſaria: res enim, quæ in peculiari ac propria natura perpenduntur, quamuis liberæ, & nulli neceſſitati obnoxiæ ſint, tamen ratione præſentiæ neceſſitatem quandam præ ſe ferunt. Cum omnia igitur ſint Deo præſentia, ſi ad ipſius cognitionem referantur, neceſſaria eſſe, fatendum eſt Hanc cognitionem, ſiue eam mauis appellare prouidentiam, ſequitur fatum: quod quidem eſt Dei lex ab ipſius prouidentia originem trahens, perpetuam in ſe continens ſanctionem: à fando fatum eſſe deductum, multi exiſtimant, & Pontanus noſter affirmat, quemadmodum ab edicendo edictum, & à decernendo decretum: quare nonnulli ineuitabile fatum eſſe dixerunt, vt Thales, Democritus, Pythagoras, Parmenides, & Heraclitus: quia id quod fatur Deus, non poteſt non perfici, explerique. Plato tamen motum in humanis animis fato attribuit, nobis vero effectum. Huic opinioni Chryſippus aſſiſtens, exemplum inducit de turbine & cylindro proiecto: qui ſi per accliue proiiciatur, principium motus à proiectore eſt: progreſſio autem & reuolutio à forma apta conuolui. Alexander peripateticus deuitari poſſe fatum hac maxima ratione confirmat, quoniam ipſum inter cauſas efficientes conſtituit. Cauſarum autem efficientium aliæ ab arte ſunt, aliæ à natu-

Fortuna in ore omnium.

Prouidentia eſt voluntas Dei ab ipſius bonitate proueniens ob tutelam vniuerſi,

cui non aduerſantur ea, quæ nobis contingunt ſingulis.

Fatum autem Dei lex à voluntate, ac prouidentia ortũ,

dicitur à fando,

ineuitabile ſecundum pleroſq; Philoſophos.

verum ex opinione Alexandri euitabile.

Digitized by Google

eſtque caput ſcientia, qua eſt indagatio rerum naturalium per cauſas, quã Plato per reminiſcentiã acquiri putat. Prudentia vere eſt recta ratio rerum agendarum.

templatione ſcientia prouenit, quæ eſt indagatio rerum natura conſtantium, quæ etiam nequeunt aliter ſe habere, cuius proprium eſt, ſcire. Hanc Plato per doctrinam, atque reminiſcentiam acquiri putat, dũ ratio, quæ alas amiſit, ſi ſe conuertat ad mentem, reminiſcendo ſtatim abiectas alas aſſumit. At ſi contemplatio ad res incertas, & erroris plenas deſcendit, non amplius ſapientia eſt, neque ſcientia, ſed potius prudentia, quæ longo experimento atque doctrina paratur, quare erit recta ratio agibilium, in qua ineſt electio, atque fuga. Iccirco Plutarchus ait: Quoniam autem non exiſtimant, omnem virtutem eſſe in meditullio extremorum, neque omnem virturem eſſe moralem, neceſſe eſt, vt de earum differentia repetito altius principio diſſeramus, cum res ſint aliæ, quæ ex ſe conſtant, vt cœlum, aſtra, terra, mare: aliæ, quæ ad nos attinent, vt bonum, malum, fugiendum, appetendum, gratum, moleſtum: Cum vtrunque hoc ratio ſpeculatur, quatenus de iis agit quæ certa ſunt, & ad optionem noſtram non attinent, ſcientia & contem-

eſtq; conſultrix & actiua.

platio eſt: quatenus vero de iis, quæ ad nos attinent, conſultrix eſt, & actiua. Huius quidem virtus prudentia eſt, illius autem ſapientia: hæ cum ambæ proueniant ab optima poteſtate animæ, & ſapientia intelligat, & prudentia opinetur: neceſſe eſt, vt ipſa prudentia in electione agibiliũ, atque in adminiſtratione rerum coniectura & conſilio conualeſcat. Ve-

Conſultat autem de rebus ambiguis: nam

rum ſapientia, & ſcientia quoniam meditantur, quæ certa ſunt, nullo pacto conſultationem admittunt: cum nemo ſit (niſi plane deſipiat) qui conſultet, an homines moriantur, aut, an cœlum ab oriente in occaſum moueatur, ſed tantum de ambiguis, vt in caritate annonæ, præſtetne adduci triticum ex tranſmarinis regionibus, an non præſtet propter diſpendium in aduectione? de iis rebus & ſimilibus conſultant homi-

ſciens non conſultat.

nes, ſiue rem publicam, priuatamve domi adminiſtrent, ſiue foris de rebus bellicis conſulrent, videlicet, conducatne exercitui paciſci inducias, an ſit è re potius confligere? Sed neque ſciens de pertinentibus ad ſcientiam conſultat, vt ſi triangulus tres angulos habeat æquales duob. rectis, quoniam hoc plane nouit, ſi peritus fuerit illius ſcientiæ, quæ per-

Ideo prudentia ope fortuna indiget.

tinet ad Geometras. Ait præterea, prudentiam egere fortuna, nam quamuis in nauigatione gubernator expertus, & prudens ſit, vt vela explicet opportune, & clauum bene dirigat ad portum: tamen niſi faueat ventus, nunquam aſſequitur, quod animo concepit. Ita & in aliis rebus, quæ ad actionem pertinent, homines non modo prudentia indigent, verum etiam fortuna: ſapientia vero, quia nihil in ſe incerti continet, fortuna non eget.

De Pro-

Digitized by Google

De Prouidentia, Fato, voluntate, fortuna, & caſu.

CAP. II.

De fortuna quidem, de qua tantum autor innuit, afferre aliquid, vagarique patumper non puto fuerit diſſentaneum, cum non modo de ea loquantur Philoſophi, & qui diuina altaque rimantur, verum etiam tonſores, imitantes pſitracos, qui ea, quæ loqui geſtiunt, ignorant; nemo enim tam autiners, aut occupatus eſt, qui non auſit de fortuna diſſerere. Verum vt innoteſcat clarius, quid fortuna ſit, quatuor illa ſimul videntur declaranda, quibus Plato dixit omnia contineri: proui[illegible]ntia: fatum: voluntas hominis: & caſus. Prouidentia quidem eſt voluntas Dei ab ipſius bonitate proueniens, ob tutelam entium: nam rerum omnium ratio, quæ in diuina mente, ac in faſtigio ſimplicitatis illius reſidet, euenta rerum, quatenus in nobis ſunt, ita dirigit, vt eueniant ab ipſius voluntate, ipſi tamen Deo non eueniitia, ſed præſentia, & certa ſunt omnia, quamuis nobis ſint incerta & contingentia. Nec nos moueat conſideratio, quonam modo poſſit eſſe cognitio neceſſaria Deo, hominibus vero contingens, cum ſæpenumero videamus, (vt ait Boetius, & in eum Diuus Aquinas) vno atque eodem intuitu oriri Solem in cœlo, dum quis in terra deambulat, & tamen illud ſcilicet oriri Solem eſſe neceſſarium, deambulare vero hominem eſſe contingens: quare non erit ab re, ſi diuina mens proſpiciat ea, quæ nobis ſunt eueniitia, cum ſint ipſi Deo firma & neceſſaria: res enim, quæ in peculiari ac propria natura perpenduntur, quamuis liberæ, & nulli neceſſitati obnoxiæ ſint, tamen ratione præſentiæ neceſſitatem quandam præ ſe ferunt. Cum omnia igitur ſint Deo præſentia, ſi ad ipſius cognitionem referantur, neceſſaria eſſe, fatendum eſt. Hanc cognitionem, ſiue eam mauis appellare prouidentiam, ſequitur fatum: quod quidem eſt Dei lex ab ipſius prouidentia originem trahens, perpetuam in ſe continens ſanctionem: à fando fatum eſſe deductum, multi exiſtimant, & Pontanus noſter affirmat, quemadmodum ab edicendo edictum, & à decernendo decretum: qua re nonnulli ineuitabile fatum eſſe dixerunt, vt Thales, Democritus, Pythagoras, Parmenides, & Heraclitus: quia id quod fatur Deus, non poteſt non perfici, explerique. Plato tamen motum in humanis animis fato attribuit, nobis vero effectum. Huic opinioni Chryſippus aſſiſtens, exemplum inducit de turbine & cylindro proiecto: qui ſi per accliue proiiciatur, principium motus à proiectore eſt: progreſſio autem & reuolutio à forma apta conuolui. Alexander peripateticus deuitari poſſe fatum hac maxima ratione confirmat, quoniam ipſum inter cauſas efficientes conſtituit. Cauſarum autem efficientium aliæ ab arte ſunt, aliæ

Fortuna in ore omnium.

Prouidentia eſt voluntas Dei ab ipſius bonitate proueniens ob tutelam vniuerſi,

cui non aduerſantur ea, quæ nobis contingunt ſingulis.

Fatum autem Dei lex à voluntate, ac prouidentia ortũ, dicitur à fando,

ineuitabile ſecundum pleroſq; Philoſophos.

verum ex opinione Alexandri euitabile.

à natura: ab arte quidem, vt ſtatuarius, faber, ſutor, & huiuſmodi: à natura vero ſunt, quæ in agricolis, & animalibus ipſis videmus, nam ſimulatque ſemen effundunt, non vt artifices id, quod prouenit, manibus abſoluunt, ſed natura eſt, quæ aut ſemina in ſolum iacta producit ad frugem, aut ſemen genitale informat in animal: & quemadmodum ea, quæ natura profert, quamuis ipſa nitatur perfecta proferre; tamen ab aliqua cauſa extrinſeca impedita, facit, vt ſæpenumero eiecta degenerent: ita fatum, cum ſit cauſa efficiens, agatque ſecundum naturam, poteſt de ſuo præſcripto, electione, ac voluntate iubente, dimoueri.

Voluntas eſt rationis appetitio, cuius finis eſt bonum,

Eſt autem voluntas appetitio quædam ab intellectu proueniens, cuius obiectum eſt bonum, quod aut vndique conſtet, aut appareat: ſed plerunque aberrantes ſectamur malum, quamuis bonum ſemper expetamus: in cauſa autem erroris iudicium eſt, quod ex perturbatione aliqua deprauatur: nam ſicut voluntas eſt appetitio intellectus, ita cupiditas eſt appetitio ſenſus:

neq; à cœleſtib. motibus mouetur, ſed

& ad cupiditatem quidem voluptas pertinet, ad voluntatem vero bonitas, quæ non à cœleſtibus motibus (vt putant Arabes & plerique alii) ſed ab obiecto, quemadmodum viſus à colore, mouetur: quare ipſorum aſtructio infauſta prorſus, & vana cenſenda eſt, cum oporteat effectum, qui prouenit ab efficiente per aliquod inſtrumentum, congrua tamen portione, reſpondere inſtrumento & agenti: quoniam non temere vtimur quolibet inſtrumento ad opus quodlibet,

libere eligit, aut declinat,

ſed eo potius, quod operi concinna quadam ratione conueniat. Verum quia corpus nullo modo poteſt immutare ea, quæ ad intellectum & voluntatem pertinent, fieri non poterit, vt aliquid imprimatur in voluntates noſtras, cauſa motus corporum cœleſtium. Igitur erit voluntas hominis libera, vt, cum libuerit, queat eligere, & declinare, vt ſi velit aliquo accedere, aut non accedere, ducere vxorem, aut in cœlibatu degere,

& quæ vendicare nõ poteſt, optat libere.

negociari, aut ocio frui, & his ſimilia. At ea, quæ nobis omnino vendicare non poſſumus, ſed potius optare, ab arbitratu quidem noſtro, & poteſtate, aliena videntur, vt diuitiæ, gloria, fortitudo, robur, & quæcunque præter conſilium, præterque rationem, aut temere, aut præter

Fortuna & caſus quid.

ſpem accidant, in quibus ipſa fortuna verſari exiſtimatur. Eſt autem fortuna inopinatus euentus, qui oritur ex propoſito hominum cum admiratione contingens, vt ſi quiſpiam emendi aliquid gratia ad nundinas proficiſcens, obuium ſibi amicum præter opinionem inuenerit: Ex propoſito hominum, ideo diximus, quoniam bruta non proponunt aliquid, neque conſilio aut ratione ducuntur, vnde fortunata vocari nequeunt. At ſi accidat aliquid ſine cauſa antecedente ab aliqua re inanimata, aut à brutis, videlicet ſi è ſubgrundio domus tegula, aut aliquid aliud decidat, & prætereuntem ſauciet, aut ſi equus à ſtabulo aufuge-

fuge-

Digitized by Google

fugerit, rurſuſque eodem vltro reuertatur, ſiue ab armento taurus, caſus potius, quam fortuna dicetur. Eſt enim caſus accidens citra propoſitum hominis ex rebus inanimatis, aut ex animalibus mutis. Omnia hæc, quæ ſupra diximus, voluntate excepta, confunduntur: vt ſi quid durius accidat, culpetur, inceſſeturque fortuna, & iurgiis etiam laceretur: ſi vero res quocunque modo proſpere ceſſerit, extollatur.

Quo pacto prudentia fortunæ indigeat afflatu; & virtutes quaſdam à medio generari, quaſdam rationis ſummitates eſſe.

CAP. III.

NEc mirum, quod annuit Plutarchus, *Prudentiam egere fortuna*: quamuis videantur inuicem aduerſari, quoniam conueniunt ſæpe, licet diuerſo more: ſiquidem altera proficit, dum conſulto dirigit actiones, altera iuuat impetu & violentia: nam cum verſetur prudentia circa res incertas, quæ non poſſunt niſi coniectura ad propoſitum finem perduci, ſitque coniecturæ, vt modo reſpondeat, modo fallat, neceſſe eſt, vt à re quadam præſtantiori opem ſentiat. Nonnulli ad naturam referunt, ſiue ad fortunam, dum ea accidunt, quæ nobis ignota ſunt, & artem exuperant, nunc medicinalem, vt cum æger derelictus iam deploratuſque conualuerit; nunc militarem, aut gubernatoriam, vt cum minor exercitus maiorem expulerit, aut cum in nauigando aliquid præter ſpem euenerit. Atque id quidem parum conſiderato, cum & hæc, & alia omnia ab ipſius Dei prouidentia & voluntate proueniant; ſunt autem ſupra captum hominis, nota tantum ſoli Deo, cuius nutu omnia reguntur. Et hęc fortaſſe eſt fortuna, qua prudentia indiget; quia incertis ſeſe rebus immiſcet. Ait deinde autor: Cum pars actiua, quæ circa negotium eſt, partem deliberandi accipiat, neceſſe eſt, comite & ſocia irrationali parte, atque ad iudicandum adhibita, agere: iudicia autem ipſa appetitu egent impellente ad agendum: cum plane intellectus actiuus ſit, qui finis gratia conſultat & meditatur, diſtatque ab ea parte intellectus, qua ſpeculamur, quia finis huius eſt inſpectio tantum, illius vero præter inſpectionem eſt appetitio, & perſecutio actionis, & operis: nam pars illa, quæ mouet, cupiditas eſt, & mouet concupitæ rei gratia. Motus enim

Non eſt prudentiæ, ignota nobis, & artē exuperantia in fortunam referre.

fine

ſine appetitu fieri non poteſt: propterea dixit, appetitu egent impellente ad agendum: appetitum autem conſuetudo facit, eum ita afficiendo, vt ratione egeat, quæ præfiniat, quo pacto moderata ſequatur, & non excedat, neque deſerat opportunitatem. Etenim ſicut appetitus eſt, qui mouet, ita ratio eſt, quæ perficit appetitum, vt neque ab ipſa ratione, neque à morali virtute diſiungatur. Præterea illa pars, inquit, quæ affectui ſubiecta eſt, ſine ratione motibus vtitur, tum nimis concitatis & vehementibus, tum mollioribus, quam æquum eſt, & ſegnioribus,

Medium inuenire difficile, & aberrare facillimum per affectus aut excedentes, aut deſerentes. Ideo

quo fit, vt vnumquodque eorum, quæ agimus, vno quidem modo recte fiat, modis autem multis aberret & peccet: ferire enim ſignum, vnum eſt: aberramus vero multis modis, alias aliter aut excedentes mediocritatem, aut eam deſerentes. In cauſa autem ſunt vitioſæ partes animi, iracundia, & libido: quæ ſæpenumero plus nimio concitatæ, non modo comites rationi ſe faciunt, ſed plerunque rationem conculcant, & à medio ratione ab ipſa conſtituto recedunt. Ad hæc ſæpenumero aberramus à medio ignorantia, quæ eſt errorum omnium genitrix & magiſtra, cum non valeat in re tam difficili aſſequi, quod oportet: ſiquidem iaculari extra ſcopum cuiuslibet ſagittatoris eſt; attingere vero ipſum, non niſi peritiſſimi: etenim non vno modo ſignum attingimus, plurifariam autem aberramus, deſerentes munus actiuę, ciuiliſq; rationis.

proprium rationis munus eſt reſcindere ab affectibus, ſiue addere, quicquid à mediocritate aberrat.

Eſt igitur proprium rectæ rationis munus, reſcindere ex affectib: quicquid à mediocritate aberrat: nam vbi imbecillitate, mollitie, metu, ſegnitie, appetitus ſuccumbit, & id, quod honeſtum eſt, deſerit, ibi præſto eſt ratio, quæ eum excitat & confirmat: vbi rurſus rapido & concitato impetu fluens, ordinem & modum egreſſus vagatur, quod nimium eſt, & redundans, reprimit, amputat, & ſiſtit: demum ita motum affectui ſubiectum præfiniens, & moderans, virtutes morales circa partem irrationalem inducit, quæ quidem mediocritates ſunt inter exceſſum & defectum: ſiquidem exceſſus, defectusque virtutem è medio tollunt, quemadmodum labores nimii, & ocium corrumpunt valetudinem, pari modo potus & cibus, qui ſi non excedunt, neque deficiunt, conſeruant ſanitatem, & robur corporis augent, è diuerſo autem ſi redundant, aut deficiunt, flaccidum reddunt corpus, & ægrotum. Ita in actionibus datur cernere: nam qui plus, quam par eſt, aut audet, aut timet, corrumpit fortitudinis actionem, appellaturque aut audax, aut timidus, & qui plus nimio exquirit illecebras, voluptarius, intemperansque dicetur; qui vero nulla voluptate afficitur, ſtupidus: generatur ergo virtus, augetur, & conſeruatur à medio, ab extremo autem corrumpitur: coniectatrix igitur medii eſt, perinde vt ars, quæ etſi inferior virtute eſt, coniectat tamen, quantum in ipſa eſt, medium, cuius gratia laudatur opus, & artifex: nam quo pacto quiſpiam rectius laudauerit

Virtus medii coniectatrix, à quo generatur, cum ab extremis corrumpatur. Sed non omnis;

opus,

opus, quam ſi dicat nihil ipſi operi poſſe addi aut inde diminui: quare ſi non poteſt ibi aliquid addi, aut inde demi, nihil eſt, quod deficiat, aut exuperet: hinc fit, vt ſi ars, quæ non tanti eſt, exquirat medium, quanto magis virtus, cum ſit arte præſtantior? virtus, inquam, quæ ad mores, actionesq; pertinet: Quoniam ea virtus, quæ non eſt indiga partis ratione carentis, prudentia & ſapientia, cum circa ſimplicem, & ſinceram cognitionem abſque aliquo affectu conſiſtat, per ſe perfecta ſummitas rationis eſt, & abſoluta facultas; cui diuina & beatiſſima pars ſcientiæ inſit; at illa quæ neceſſaria eſt corporis gratia, quæ affectui adiuncta tanquam inſtrumentali miniſterio & famulatu eget ad agendum, cum non penitus euertat irrationalem partem animę, ſed inſtruat potius & moderetur; ſua quidem præſtantia, & facultate, atque etiam qualitate ſublimitas eſt, quantitate vero mediocritas, cum exceſſum ipſum & defectum reiiciat.

Nam virtus, quæ non vtitur parte irrationali, magis in ſummo eſt.

De medio in qualibet re conſtituendo: & virtutis medium harmonicum eſſe.

CAP. IV.

INterſerit deinde idem autor nonnulla genera medioſum, antequam ad medium virtutis deueniat, inquiens, Pluriſariam dici medium, vt id quod inter ſimplicia conſtituitur, veluti fuſcum inter album, & nigrum, aut id, quod continet, & continetur: vt octo inter duodecim, & quatuor, aut indifferens, quod nullorum extremorum ſit particeps. At nos ne omittamus alia mediorum genera, ab aliis autoribus excogitata, præſtemusque etiam exemplis, quæ digna ſunt ſcitu, vt exploratius media intelligantur, & ſi multa ſunt, quæ media non admittunt, vt in numeris impar & par: & (vt Ariſtoteles ait:) ***Quæcunque ſunt contrariorum talia, vt ſuapte natura neceſſarium ſit, alterum eorum ineſſe ſubiecto, nullum horum eſt medium.*** Deinde inquit: ***Neceſſarium eſt in corpore animalis vel languorem eſſe, vel ſanitatem.*** E diuerſo tamen autumat Plato, qui in diuino illo conuiuio inducit Socratem fatentem, ſe redargutum à Diotima fatidica, cum expelleret medium, edoctumque tandem ab ea medium eſſe in rebus, & etiam inter ſcire, & ignorare: Verba Diotimæ hæc ſunt: *ἢ οὐκ ᾔσθησας ὅτι ἐστί τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; τί τοῦτο; τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ τοῦ ἔχειν λόγον, δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί ἐστιν (ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν εἴη ἐπιστήμη,) οὔτε ἀμαθία. τὸ γὰρ τοιούτως τυγχάνειν πῶς ἂν εἴη ἀμαθία, ἔστι δὲ δήπου τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας.* Quæ ſi ad pondus transferas, latine hoc ſignant: ***An non animaduertiſti eſſe quoddam ſcientia, & ignorantia medium?*** cui Socrates: ***quidnam hoc eſt?*** At Diotima, ***recte***, inquit, ***opinari,***


Medium multiplex.

Quædam admittunt medium, quædam reiiciunt, vt putat Ariſtot.

Plato autem medium ponit etiam inter ſcientiam & ignorantiam.

Q cum

eum non habeas certam rationem, ſiquidem neque ſcire eſt, cum non ſit ſcientia ſine certa ratione, neque rurſus ignorantia, ſi rectè opinetur. Inhæſit etiam huic decreto Galenus, vtpote medicus, qui de neutro corpore elegantiſſime ſcripſit, cui hoc, quod appingimus præludium, à nonnullis tribuitur: in quo quidem pars candida perfectionem denotat, atra vero imperfectionem: intermediæ partes tres ſunt, quæ neutræ dicuntur, quarum altera accipitur pro neutro primæ rationis, quod in hoc ipſo præludio ſignatum eſt colore fuſco: quoniam neque ater, neque candidus eſt: neutrum vero, quod eſt veluti zona bipartita alba, & nigra, neutrum dicitur rationis ſecundæ, quoniam ſeorſum de vtroque participat. Illud autem, quod alternatim quadratos continet albos, & nigros, neutrum rationis tertiæ nuncupatur.



Quæ vt facilius innoteſcant, nō grauabimur exemplum adducere ex medicorum penu, vt ſit homo ſanus, qui bene valeat in parte alba ſcilicet a b, & incipiat paulatim demutari in peius, tanquam deſcendiſſet per loca alia tributa ſanitati, vt per c d. Labatur deinde verſus neutrum rationis ſecundæ, vt deueniat ad e f. Tunc non dicitur ſanus, ſed neutrum, vt in aliqua parte corporis ſanus ſit, in aliqua vero non ſanus, perinde vt qui ſano eſt corpore, ſed in aliqua parte corporis ægrotat, quemadmodum varicoſus aut claudus. Rurſus ſi tranſit ad neutrum, quod primæ rationis appellatum eſt, vt per g h, tunc efficitur corpus vere neutrum: vt totum dicatur corpus neq; ſanum neque ægrotum. Deinde ſi progreditur ad aliud neutrum, ſcilicet k l, quod neutrum rationis tertiæ appellauimus, tunc dicetur corpus modo ſanum, modo ægrotum, vt nulla prorſus ſanitas ſtabilis videatur. Demum ſi vergit ad m n, tunc penitus ægrotum dicetur: quod per nigrum colorem oſtenſum eſt. Diximus præterea, hominem ſentire ſe demutari in peius, antequam ad neutrum perueniat: quoniam ſæpenumero ſigna quædam valetudinis aduerſæ proueniunt, vt idem Plutarchus ait in eo libro, quem de tuenda ſanitate compoſuit: οὐ γὰρ ἅπασαι κατὰ τὸν ἡσίοδον ἐπιφοιτῶσιν αἱ νόσοι σιγῇ, ἐπεὶ φωνὴν ἐξέλετο μητίετα ζεύς, ἀλλ᾽ αἱ πλεῖσται καθάπερ προαγγέλους καὶ προδρόμους καὶ κήρυκας

Eſt quoddam medium inter ſanitatem & morbum.

ῥυχὰς ἔχουσιν, ἀποψίας καὶ δυσκινησίας. βαρύτητες καὶ κόποι φησὶν Ἱπποκράτης αὐτόματοι νοῦσον φράζουσι. Id eſt, *Non omnes morbi aduentunt nobis latenter & tacite, quia (vt ait Heſiodus) Iupiter illis abſtulit vocem, ſed plerunque per nuncios, per feciales, & quaſi per præcones bellum indicunt, cruditates & tædium mouendi: nam grauitates & labores vltronei (vt inquit Hippocrates) morbos denunciant.* Iccirco poteſt quis ſcire, ſe ad ægritudinem labi, antequam ad neutrum deueniat, diceturque corpus neutrum decidentiæ. Si vero à contrario commeat motus, hoc eſt, ab ægritudine, tunc non dicetur neutrum decidentiæ, ſed neutrum reualeſcentię. Accedunt præterea alia multa, quæ facile huic præludio aptantur, & congruunt, quamuis velimus à literarum monumentis incipere, vt ſint vocales literæ in parte perfecta, ſcilicet in parte alba, mutæ vero in parte oppoſita; ſemiuocales in eo neutro, quod bipartitum deſcripſimus: aſpiratio in eo, quod per fuſcum colorem oſtenſum eſt, qui quidem color neq; albus neq; ater eſt, in neutro alternato erunt illæ vocales, quæ modo vocales ſunt, modo conſonantes. Congruit præterea, vt in oppoſita parte nomen aptetur, quoniam imperfectionem ſignificat, cum nomen nudum ſine actu quaſi ſine aliqua forma ſit; pendet enim vt à verbo perficiatur: verbum vero actum ſignificat & perfectionem, tenditque ad finem, quo nomen omnino priuatur. Aduerbium, Interiectio, Præpoſitio & Coniunctio in neutro erunt rationis primæ. Participium autem cum partim capiat nominis & partim verbi, Gerundium & Supinum quoniam alterum dicitur quaſi duo gerens, alterum de caſibus nominum, & de verbali actu participat, in neutro ſecundæ rationis conſtituantur. Infinitiuus in tertio, quia nunc verbum, & actum, nunc nomen & ſubſtantiam rei ſine aliquo actu ſignificat, vt currere: Græci τὸ τρέχειν aſſerunt, quaſi ipſum currere, oſtendit hoc totum Perſianum illud:

Medium in literis vocalib. & mutis.

Item in Grammatica, inter nomen & verbum.

Scire tuum nihil eſt, niſi te ſcire hoc ſciat alter.


Et rurſus:

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Huic aliud addatur exemplum ab ignorantia, quæ recte collocatur in obſcura parte, cum nihil aliud ſit, quam obtenebratio mentis, & homo quidem ignarus vergat verſus partem candidam, & lucidam, vt exutus ignorantiæ tenebris, induat ſibi lumen alicuius ſcientiæ, & tandem ad diuinam perfectamque deueniat. Itaque primum medium illud attingit, quod dicitur tertium in prælud io depictum ex quadratis nigris, & candidis, cui recte conuenit moralis ſcientia, quæ habet affectum pro materia, & rationem pro forma: affectus etenim morbus eſt animi, non aliter quam ægrotatio morbus eſt corporis: morbi animi nuncupantur à noſtris, à Græcis vero πάθη, id eſt, paſſiones, &

Inter ignorantiam & ſcientiam.

homo cum ab affectu ſuperatur, ægrotat: ſed cum in ipſo homine pollet ratio, & affectus ipſos dirigit ac moderatur, tunc ſanus dicitur; itaq; modo ſanus eſt, modo ægrotus. Procedat deinde ab hoc medio ad aliud medium, quod in præludio neutrum rationis primæ appellatur, & conſtat ex fuſco colore: qui (vt diximus) neque niger, neque albus dici poteſt: huic medio congruit ſcientia naturalis, quæ circa materiam & formam ſemper verſatur: materia cum ſit inconſtans & quaſi non ens, colorem proprium admittere non videtur; forma etiam ipſa non permanet: quare incerta ſcientia eſt, vt multi aſſerunt. Ex hoc itaque medio ad aliud poteſt procedi, ad illud videlicet, quod neutrum rationis ſecundæ appellatur, & conſtat ex bipartita Zona nigra, & alba, cui recte aptabitur ea cognitio, quę partim cum materia eſt, partim ſine materia, vt eſt ea ſcientia, quæ de anima dicitur, & etiam Mathematica: quæ duæ interſtitio quodam vtriuſque naturæ mediæ nuncupantur. Scientia enim de anima in eo, quod verſatur circa eam partem animæ, quæ eſt aſſociata & complicita ſenſibus, non poteſt diſiungi, & ſeparari à materia: ſed in eo quod conſiderat id, quod intelligit, & perennat, abiungitur. Mathematica etiam cum figuras deſcribat, in materia eſt: non enim poteſt exarari triangulus, aut quadratus niſi in materia, videlicet in lapide, aut in ære, aut in aliquo corpore, ſed cum conſideratur abſtrahitur, quoniam aliter non eſſet ſine culpa mendacii, quippe cum contra ſuas dignitates (quas Græci ἀξιώματα vocant) niteretur. Ex dignitatib. vna eſt: A quolibet puncto in quodlibet punctum rectam lineam ducere: eſt & alia: Super datam lineam triangulum æquilaterum collocare. Rogo, quonam pacto conſtitueretur triangulus æquilaterus, ſi daretur linea diametralis in poſtremo cœlo? Profecto aliqua pars trianguli extra locum deueniret, quoniam extra cœlum nihil eſt.



Plato Geometriam mediam conſtituit inter phyſicam & diuinam.

Verum quia Geometra abſtrahit mathematicum corpus, perinde vt ſignatam cæram ab anulo extraheret, poteſt citra mendacium triangulum conſtituere: cuius locus erit mens ipſius Geometræ, penes quam quaſi ſequeſtrum triangulum totum abſtrahendo reponet. Hinc Plato Geometriam poſuit mediam inter phyſicam & diuinam, quia cum diuinæ res ſine materia ſint, & ſine materia conſiderentur: naturales contra: nam in materia ſunt, & cum materia conſiderantur, neceſſe eſt, vt ſit aliqua ſcientia media, quæ in materia ſit, & ſine materia conſideretur: hæc autem Geometria eſt, quapropter Plato qui ſemper circa res diuinas verſa-

verſabatur, iuſſit inſcribi in limine auditorii ſui, Ne quis expers Geometriæ limen illud ingrederetur. Hinc fabula Oti & Ephialtæ, qui oſſam olympo impoſuerunt, vt cœlum ſibi facerent peruium, ſed à Ioue fulminati corruerunt: quæ quamuis in fronte videatur fabula, in occipitio tamen ſi quis preſſius introſpiciat, inueniet non debere nos ab vna ſcientia ad aliam niti ſine propriis mediis, ne lucubrationes noſtræ in caſſum abeant. Igitur cum quis primum ignorantiam exuit, ad moralem contendat, vt (iuxta illud Delphicum) ſeipſum cognoſcat, ne cogatur *abire poſt gregem ſodalium* (vt eſt in canticis) *& paſcere hœdos*, id eſt, ſenſus: poſtea tranſeat ad phyſicam, vt ſaltem non ignoret, quid ſit, in quo ipſe conſiſtat, & ex quibus principiis res conſtent: deinde mathematicam amplectatur, vt per eam, quaſi per pontem, ad cognitionem diuinarum rerum, & demum ipſius Dei (pro hominis captu) deueniat per media ipſa, quę ſunt in præludio lineata. Verum ne diutius, quam decet, media conſectemur, cum nullo quidem horum modorum virtus ſit medium, quia neque admixtio vitiorum eſt, neque continetur ab eo, quod æquabilitatem & modum excedit, neque continet id, quod infra modum eſt, neque omnino vacua eſt ab affectionibus appetitus, in quibus plus & minus inuenitur: ſed eo potiſſimum modo mediocritas & fit, & dicitur, quo circa ſonos eſt harmonia. Ea mediocritas ita pertinet ad cantum, quemadmodum acutiſſima illa vox, quæ à Muſicis Nete, & grauiſſima, quæ Hypate nuncupatur: vtrumque tamen extremorum fugiens, illius ſcilicet nimiam acuitatem, huius vero nimiam grauitatem: modum in vtraque conſectata delectat. Sic ipſa virtus, cum ſit mediocritas, motus, & vis, circa irrationalem partem, remiſſiones & contractiones, & omnino id, quod excedit, & deficit, ab appetitione aufert, & vnamquamque affectionem in rectitudine, & mediocritate conſtituit. Proinde Dorium virtutis concentus appellatur, quoniam medios tonos admittit, & comparatur hic canendi modus moribus bene conſtitutis.

Methodus ſcientiarum.

Virtutis medium muſicũ ex acuto & graui.

De vera fortitudine.

CAP. V.

ETenim, vt à fortitudine incipiamus, mediocritatem eſſe aſſerunt timiditatis, & audaciæ, quarum altera defectus eſt, altera exceſſus, & eius videlicet partis, quam excandeſcentiam nominant. Verum illud non prætereundum, quod quamuis verſetur fortitudo in ea parte animæ, qua homines iraſcuntur, non tamen recte dicetur, quod ex ira proueniat, iuuatur tamen ab ira in ipſo impetu, dum pericula ſubit. Statius in Thebaide.

Ira cos fortitudinis, non fortitudo.

Digitized by Google

At poſtquam rabies & vita prodiga virtus
Em:ſere animos.

Item Homerus:

Ὣς εἰπὼν ὤτρυνε μένος καὶ θυμὸν ἑκάστου.

Hoc eſt, *Sic locutus, ſingulorum animos concitauit, atque accendit.* Concitat enim fortitudinem ira, ſed non generat: nam ſi ex ira generaretur, beſtię quoq; dum percuſſores inuadunt, fortes poſſent appellari. Fortis enim dici non poteſt, niſi qui audet, veretúrq; quando, vbi, & quantum oportet, ac etiam cuius rei gratia, & vt ipſa ratio dictat & præcipit. Quapropter nō poſſunt recte dici fortes, qui ob iram, metum, libidinem, aut qui aliorum iuſſu pugnant: ſed ille vere abſoluteq; fortis eſt, qui decoris adipiſcendi gratia mortem non timet: quæ res quædam eſt maxima terribilium, quoniam vltima, mortuo enim homini nihil, quod bonum, aut malum ſit, accidere poteſt. Sed neque dicetur fortis circa omne genus mortis, ſed circa illud, quod pulcherrimum eſt: pulcherrimum autem genus mortis eſt, dum quis in prælio cadit, ex quo honores ſtatuæ, cæteraq; ornamenta a Regibus & magiſtratibus conſtituuntur: at qui in mari, aut vi morbi diem obiit, laudem in eo genere mortis non aſſequitur, ideo nōn laudantur ii, qui ſe pelago credunt, neque qui ruinoſas ædes, aut male materiatas habitare non timent, ſed qui alacres lubentesque virtutis gratia in hoſtes feruntur, vt inde laudem & honoratum nomen aſſequantur: neq; etiam ii laudantur, qui imminente periculo, ſi quando paucioribus aduerſus multos, aut imparatis aduerſus inſtructos pugnandum ſit, fugam arripiunt, mortem potius, quam infamiam formidantes. Hoc præuidens Cæſar Imperatorum fortiſſimus, dum eſſet apud Bibtactem oppidum cum Heluetiis pugnaturus, ne equites turpiter ſibi ipſis fuga conſulerent, primum ſe amoto equo peditem fecit, deinde iuſſit, omnes equites equis deſcendere, vt ſublata commoditate fugiendi, omnes iam facti pedites fortiter ac ſtrenue pugnarent. Sed neque illi, qui ob affectum aliquem non ex electione, & honeſtatis gratia pugnant, aut hoſtilem impetum ſuſtinent, fortes appellandi ſunt: nam ſic ipſi quoque aſini fortes eſſent, dum eſuriunt, cum ne ſtimulo quidem, aut conto dimoueantur à pabulo. Præterea non ſunt fortes, qui ob illatam iniuriam pugnant, cum non propter decus, ſed ex perturbatione animi certant: poſſunt tamen pugnaces dici, & comparantur aliquo modo fortibus. Ex hac ratione etiam eſt, quod ii, qui parta aliqua victoria freti pugnant, non poſſunt dici vere fortes: ſperant enim, ſicq; ebrii quoque fortes appellarentur, qui bonæ ſpei, viribus ob vinum excitatis, efficiuntur: quare qui pugnant non ex electione & decore, ſed ſpe tantummodo, ſimul atq; euenit aliter, quam ipſi exiſtimabant, fugiunt. Hæc ſunt fere Ariſtotelis placita. Sed nonnulli Academicorum,

In bello præſertim fortitudo conſpicitur. In quo tamen nō omnes fortes, ſed qui ſolius honeſtatis gratia pugnant.

Cæſaris fortitudo.

Aſinina fortitudo.

rum, fortitudinem ipſam nihil aliud eſſe, dixerunt, niſi ſcientiam metuendarum rerum, & non metuendarum, nonnulli vero prudentem habitum, conſtantemque circa ea, quę tentanda ſunt, & non tentanda: alii etiam probatum habitum tolerandarum rerum, & non tolerandarum, non excedentem medium per audaciam, nec deficientem ob metum. Plato in ſanctiſſima illa diſputatione de legibus, Fortitudinem totius animæ manum eſſe, aſſeruit. Diuus Thomas, firmitatem animæ eſſe, dixit, in ſuſtinendis, repellendiſque rebus, in quibus difficile eſt habere firmitatem, & hoc ob virtutis bonum. Denique Pontanus noſter (cui tantum ingenii ad bonas artes adipiſcendas natura tribuit, quantum fortaſſe prioribus, quorum ingenia quotidie admiramur) fortitudinem ipſam diuiſit in Heroicam, atque Domeſticam: ſi quis autem exactius, clariusve & quid ſit, & quonam pacto exerceatur, exquirat, librum legat, quem ille de hac ipſa virtute elegantiſſime edidit: nihil enim erit huiuſce rei, quod ſcire amplius optet.

Fortitudo animæ manus.

Alia heroica, alia domeſtica.

De Liberalitate, eiusque extremis.

CAP. VI.

AIt deinde Plutarchus, liberalitatem eſſe inter auaritiam, & prodigentiam: nam cum liberalitas ſit moralis virtus, neceſſe eſt, vt in medio extremorum reſideat: verſatur autem circa pecunias, & facultates, circa quas etiam verſantur extrema. Auaritia eſt opinio vehemens de pecunia valde expetenda, inhærens animis & penitus inſita, appetendo, ac retinendo plus nimio. Prodigentia vero, nimium largiendo, parumque capiendo, vt qui ea vtitur, videatur odiſſe, quæ poſſidet: quo fit, vt auarum nonnulli putent nuncupari ab auiditate æris expuncta e litera: vnde auarum dicemus eſſe, qui, quando, quibus, & quod oportet, non erogat: prodigus vero profundit, & hoc non honeſti gratia, neque recte. Verum liberalis, quia & honeſtis hominibus, & honeſtatis cauſa iuxta ſuas facultates aut captos redimit, aut egenis opitulatur, aſſequitur, vt non modo liberalis, verum etiam beneficus habeatur: non quidem ab hiſtrionibus & ſcurris, qui prodigos extollunt per compita, ſed à probis præſtantibuſque viris. Hinc ſæpenumero hac noſtra præſertim tempeſtate profuſi, & qui ſine delectu dant, liberales exiſtimantur, qui vero cum delectu ſicut oportet, & reipſa vere liberales ſunt, cenſentur parci, à nonnullis etiam appellantur auari. Præclare igitur, atque expeditiſſime

Laudantur liberales: item laudantur prodigi: ſed à diuerſis.

Digitized by Google

tiſſime reſpondit Ferdinandus Rex quibuſdam hac de re altercantibus: *Duo eſſe genera largiendi, alterum, quod probis, & merentibus confertur; alterum, quod, nulla habita ratione, ſcurris, & nullius momenti hominibus effunditur.* Vnde accidit, vt boni viri beneficio affecti non per fora, & triuia extollant beneficia, ſed taciti tempus expectent, quo gratiam referre queant: leues autem, & ſcurræ cum in referenda gratia nullius momenti ſint, ſolum verbis gratias conantur agere, & acclamationibus beneficium in vulgus diffundunt: hac de cauſa liberales, qui recte conferunt beneficium, in pectore bonorum latent, falſoque auari à turba denominantur, at illi qui leuium hominum verbis & laudibus extolluntur, liberalitatis nomine decorantur. Dictitabat præterea idem Rex: *Non æque ac Deos debere homines liberalitatem exercere, nam Deos vt æternos & immenſos poſſe profuſius largiri, conſtat, homines vero, quorum potentia & facultas fini & numero ſubeſt, in remunerando ea ratione vti oportet, vt perſpectis ſuis facultatibus, iuxta ſingulorum merita, vnumquemque dignum beneficiis afficiant: ea tamen menſura & moderatione, ne dum aliquos luxurioſe muneribus expleuerint, ita ſe exhauriant, vt cæteri omnino deſerantur.*

Prodigi à ſcurris per fora, & hæc eſt ſumma referendæ gratiæ.

Boni viri in ſinu fouent beneficium, reponendi tempus expectantes.

Cur modus liberalitati humanæ ponendus.

De Temperantia.

Cap. VII.

PErgit autor deinde, aſſerens, manſuetudinem eſſe inter ſtuporem & ſæuitiam, temperantiam vero, & iuſtitiam ita ſtatuunt, vt altera circa res contrahendas nihil ſibi plus æquo, nec minus tribuat: altera cum ſit medium inſenſibilitatis, & voluptatis, ſemper cupiditates recte conſtituat: quo quidem in munere maxime videtur irrationalis pars declarari, ac differre à parte rationali, & affectum à ratione longiſſime eſſe diuerſum. Nonnulli Pythagoræi, temperantiam ſeruatricem virtutum omnium eſſe dixerunt, vt ſæpenumero tribuerint ei munus rectæ rationis, in commutandis diſtribuendisq; ac in erogandis rebus ad iuſtitiam pertinentib. in moderanda etiam audacia & timore, quæ ſpectant ad officium fortitudinis; in amputandis quoque illecebris & corporeis voluptatibus: vt non modo ad morales actiones, verum etiam ad valetudinem corporis pertineat: putant enim corpus ſub anima temperata immortale poſſe ſubſiſtere. Plato autem diſcreuit prudentiam à reliquis virtutibus, eamque in rationali parte collocauit, appellauitque oculum mentis: temperantiam vero, atque iuſtitiam poſuit in cunctis animæ partibus, dixitque, ambas eſſe totius animæ conſonantiam: verum concinnitatem temperantiæ in affectibus dixit eſſe ſitam, iuſtitiæ autem in actionibus, & illam quidem appellauit ſanitatem, hanc vero pulchritudinem. Sed Ariſto-

Temperantia conſeruatrix omnium virtutum, & corporis, vſque in æternum, iuxta Pythagoræos.

Plato autem principatum dedit prudentiæ, mentis oculo, dixitq; temperantiam eſſe ſanitatem animæ, iuſtitiã pulchritudinẽ.

Digitized by Google

Ariſtoteles verſari temperantiam ſtatuit in ea parte animæ, quæ eſt rationis impos; quoniam circa corporeas voluptates, non circa eas, quæ pertinent ad animum verſatur: cum ex cupiditate honoris, aut doctrinæ, aut ex ea voluptate, quæ capitur ex bonarum rerum adeptione, non vocetur intemperans quiſpiam; ſed ille tantum & habetur, & appellatur intemperans, qui voluptates à cibo, atque à Venere appetit, & exquirit: quæ quidem voluptates nobis cum belluis ſunt communes, quoniam ſumuntur à corpore: ſed non circa omnes voluptates corporeas verſatur intemperans, vt ſi afficiatur, dum picturas intuetur; neque circa auditum, ſi gaudet cantu aut comœdiis; ſed nec qui ſuffitu, aut florũ, pomorumque odore lætantur; ſed ii, qui aut nidore culinæ, cum eſuriunt, aut vnguentis delectantur, quorum olfactu ſubit, earum rerum, quas ipſi cupiunt, recordatio: quę accidunt ſæpe belluis memoria ciborum: non, inquit, odore leporum canes gaudent, ſed eſu potius: neq; etiam leo bouis voce lætatur, ſed diſcerptione: ita etiam dum aſpicit ceruum, aut ſiluestrem capream: gaudet tamen propinquitate aduentantis cibi. Iccirco aſſeruit temperantiam, intemperantiamque verſari circa eas voluptates, quibus maxime gaudent belluæ: gaudent enim præcipue guſtu atque etiam tactu, quamuis alibi guſtum fere tactum eſſe, oſtenderit. Teſtatur hoc cupiditas Philoxeni gulæ maxime indulgentis, qui gruis collum habere cupiebat, vt attactu longiore deſcendentis cibi per ingluuiem maiori voluptate frueretur. Ex iis igitur patet, intẽperantiam verſari præcipue in ea voluptate, quæ percipitur tactu: cuius abſentia ſemper dolet, & triſtatur intemperans, & eius triſtitia differt ab ea, qua triſtatur timidus; quemadmodum differunt ea, quæ ſibi inuicem opponuntur: nam timidus triſtatur earum rerum præſentia, quæ terrent: intemperans vero earum rerum abſentia, quæ delectant. Hinc facile percipi poteſt, quam inepta fuerit eorum opinio, qui eandem virtutem temperantiam, & fortitudinem eſſe, dixerunt: quandoquidem virtutes ipſæ, & earum oppoſita inter ſe diſſentiunt, vt alia aggrediatur, alia fugiat: aggreditur fortitudo pericula, circa quę verſatur: temperantia vero fugit omnes illecebras, & eas voluptates, quæ à corpore capiuntur: ambę tamen inſident in partibus animæ, quæ ſunt rationis impotes; ſed temperantia circa eam partem, qua concupiſcimus; fortitudo vero circa eam, qua iraſcimur.

Intemperantia circa quæ verſetur.

Temperantia, & fortitudo in parte rationis impote ſedem habent.

De iuſtitia, & iure.

CAP. VIII.

Roma primum arbitrio regũ, non lege iuſtitia valuit.

HIs itaque de temperantia breuiter diſputatis, ad ea, quæ ad iuſtitiam pertinent, transeamus; vt facilius quid ipſa ſit, & quas partes habeat, intelligatur. Etenim in vrbe Romuli (ne ab ouo exordiamur) iuſtitia primum non à lege, neque à conſtitutione aliqua, ſed arbitratu Regum adminiſtrabatur. Sic etiam in Græcia, quoniam Reges eligebantur abſque aliqua ambitione ex iis, qui iuſtiſſimi ac ſtudioſiſſimi legum habebantur: & ii quidem primi legibus, inſtitutiſque ſe ipſos ſubiiciebant; ſiquidem iuſtitia legis finis eſt, lex vero munus & opus Regis, Rex denique ſimulacrum Dei optimi maximi, qui omnia recte gubernat, vnicuique tribuens, quod meretur. Vnde Homerus Agamemnonem, nunc ἄνακτα ἀνδρῶν, hoc eſt, Regem hominum, nunc ποιμένα λαῶν, hoc eſt, paſtorem populorum appellauit. Concinne profecto Heſiodus à Ioue natam, dixit, eſſe iuſtitiam, virginemque & incorruptam, quoniam à Regibus oriebatur, conſeruabaturque virgo, nulli hominum ſubdita aut proſtrata: germana etiam Mineruæ, ambabus enim idem pater adſcribitur, ſed altera in vertice, altera iuxta thronum appingitur: quamquam adulatores qui regna demoliuntur, & peſſum trahunt, dixerunt, iuxta Iouem depingi iuſtitiam, quia quodcunq; Rex iubet, & ſtatuit, iuſtum eſt. Quod ſi iuſta ſunt Placita Regis, vigorem legis habere, merito ſancitum eſt: ſi vero æqua & iuſta non ſunt, neq; leges eſſe, neq; legũ vigorẽ habere vllo pacto poſſunt. Abſit (Plato ait in Minoe) vt iniqua ſanctio lex ſit; iniqua n. ſanctio ſemper eſt, ſi ad proprium commodum conſtituatur: hinc Reges efficiuntur tyranni, ſiquidem Rex ille eſt, qui communem vtilitatem reſpicit, & obiectum eius eſt obſeruantia iuſti; tyrannus vero eſt, qui ad nullam alterius vtilitatem, niſi ad ſuum commodum dirigit actiones, & eius obiectum eſt id, quod placet. Igitur placita Regis, niſi æqua & iuſta ſint, leges eſſe non poſſunt, ſed tyrannides potius. C. Cæſar Caligula tyrannus ex imperatore effectus, atrocitate naturæ, & aſſuetudine tranſgrediendi leges, eo eſt licentiæ prouectus, vt non erubeſceret auiæ monenti reſpondere: *Memento, mihi in omnes omnia licere*: etenim cum primum Principes exiſtimant, licere ſibi, quodcunque libet, non modo tranſgrediũtur iura, verũ etiam poteſtate abutuntur. In cauſa autem plerunque eſt metus, libido, & auaritia: metus ex hoc prouenit, quod putant eos, qui ſunt ab ipſis iniuria affecti, iam iam contra ipſos inſurgere, molirique res nouas. Eſt præterea aliud tyrannorum genus, non quidem ex ſeminario Regum, ſed ex ducibus aut principibus populorum; quos & ipſos etiam timere neceſſe eſt: ægerrime enim vnius dominatũ ferunt, qui

Sic apud Græcos.

Minerua, & Iuſtitia Iouis filia.

Adulatores iuſtitiæ interpretes peſſimi.

Iniqua enim ſanctio nunquam lex erit.

Et tyrannorum leges non ſunt vera leges.

Cur tyranni iura tranſgrediantur, & ſtipatoribus peregrinis ſe libentius credant.

qui prius æquales fuerant: quo ex metu tyrannos videmus ſemper cuſtodias meditari, eaſque à peregrinis exquirere; Reges vero, qui iuſtitiã colunt, atq; ſectantur, quoniam poſſunt tuto ſe committere ciuibus, ab ipſis, tanquam à filiis, cuſtodiuntur, ſeruanturq; beneuolentia & fide, de more etiam iureiurando firmata, quam licet Principes dignitatis cauſa non præſtent iis, quibus imperant: ob fidem tamen ipſis oppignoratam à ſubiectis, debent eos non modo diligere, verum ét paterno quodam amore proſequi, & nihil in eos iniuſtũ, nihil aſperũ, nihilq; quod tyrannidẽ oleat, exercere: olent aũt vel maxime tyrannidẽ proſcriptiones, quæ niſi ſatis probatæ ab omnib. fuerint, culpantur, quoniam aut ab auaritia proueniunt, aut à prodigentia, quæ quamuis contrariæ ſint, videanturque inter ſe differre, conueniunt tamen in hoc, quia, dum Princeps exigit mulctam, niſi eam à veris, conuictiſque ſontibus exigat, videtur cupiditate, & auaritia incitari: cum vero profundit, ac largitur immeritis, euadit illico prodigus, & à prodigo in expilatorem neceſſario conuertitur. Declarauit hoc profuſio C. Caligulæ, qui immoderatis largitionibus exhauſtus, totum ſe ad rapinas conuertit, hæreditates reſcidit, & cenſus irritos fecit, vt plerique exuti hæreditatis bonis ſibiipſis mortem conſciuerint. E diuerſo autem Hadrianus Princeps legitimus, & vere Imperator, vt tetram, abominandamque notam tyrannidis deuitaret, bona proſcriptorum non in fiſcum Imperatoris, ſed in publicum ærarium iuſſit conferri. Traianus, iniquas exactiones deteſtans, dixit, Fiſcum eſſe veluti lienem, qui dum plus nimio gliſcit, artus reliqui attenuantur. Antoninus cognomento Pius bona eorum, qui repetundarum rei erant lege Iulia, conſtituit, male parta, tantum prouincialibus reddi; reliqua vero, quæ fiſco debebantur, reorum liberis relinqui, ne filii inſontes paterno ſcelere mulctarentur.

Princeps prodigus neceſſario ſit rapax, & proſcriptor, vt Caligula.

Hadrianus vt ne tyrannidẽ exercere videretur, proſcripta bona in publicũ ærarium, non in fiſcum conferebat, quem Traianus lienẽ Reip. dixit, Antoninus et bonis proscriptorum abſtinuit.

Abhorruit præterea ita ab alienis bonis, vt nullus ſub tali Principe proſcriberetur, niſi Altilius Titianus tantum ob affectatam tyrannidem, & hoc quidem decreto ſenatus, Titiani vero filium ſemper iuuit. Conſcios exquiri vetuit. Item quadruplatores, qui quartam partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant, conſequebantur, amouit. Hi quidem Principes, & ſimiles his, quos nulla cupiditas impulit, neque libido aliqua illexit, aut incitauit ad nefas, nunquam timuerunt, ne in ſe inſurgerent laceſſiti, ſed ad finem vſque laudatiſſimi, ac veri Principes habiti reliquerunt poſt obitum non modo ſtatuas, & nomen excelſum, verum etiam lachrymas & deſiderium; vt de Germanico & aliis teſtantur hiſtoriæ: quo defuncto tanta triſtitia, & mœror ciuitatem inuaſit, vt templa Deorum lapidarentur, vxorumque capita abraderentur, atque ita omnes fuerunt ex obitu illius conſternati: quippe qui ſpem optimi Principis pollicebatur,

Huiuſmodi Principes amore proſequimur.

Tyrannos vere odio habemus.

tur, vt neceſſe eſſet, luctum per ſenatus decretum deponi. Contra vero tyranni, qui vixerunt ſemper in metu, (ſi tamen, qui metuunt, viuunt) tandem aut vnco tracti, aut in fruſta conciſi, aut confoſſi, & in gemonias ſcalas proiecti, pœnas ſcelerum dederunt. Conſtat etiam, nonnullos Principes in initio principatus probos, & iuſtos fuiſſe, permanſiſſeque in eadem probitate, & iuſtitia: alios vero à principatu legitimo ſeſe in tyrannidem demutaſſe. Oſtendit hoc Traiani dictum: *Principibus omnibus obeſſe Neronis quinquennium*: fuit enim Nero ab exordio ſui imperii per quinquennium mitis, munificus, & clemens, qui requiſitus ſubſcribere ſe de ſupplicio cuiuſdam, reſpondit: *Quam vellem literas neſcire*: deinde in tantam verſus eſt feritatem, vt ne à matris quidem cæde abſtinuerit. Non igitur temere tradunt fabulæ in ſacrificiis Iouis, in quibus diuerſa carnium genera ſacrificantibus offerebantur, ſi forte quiſpiam humanam carnem deguſtaſſet, in lupum transmutari. Quod profecto nos admonet, hominem ſimulatque humano ſe tinxit ſanguine, nihil ſibi reliquum facere ad crudelitatem exercendam. Hac de cauſa multi Principes truces effecti ſunt, modo ſine aliqua cauſa, ſed timore tantum adducti: modo delatorum impulſu, vt ſub imagine iuſtitiæ, quoſcunque vellent, è medio tollerent. Iure laudatur Eluius Pertinax, qui delatores ab vrbe pepulit, ne alicui de vanis criminibus periculum immineret. Merito igitur in Creta inſula ſimulacrum Iouis, cui hoc nomen à iuuando eſt inditum, ſine auribus pingebatur, vt ea effigie Principes admonerentur, non oportere eos præbere aures delatoribus. At Myda Rex aſininis auribus deformabatur, quia & delatores circum ſe & conſultos habebat, quos hodie auditores nuncupant, parum ab aſinis differentes. Cum vero huiuſcemodi Principes legum conſultis omnia reiiciunt negotia, male tunc agitur cum ciuibus: quorum cauſa Principes ipſi ſunt ſummum ad faſtigium euecti, cum tot cenſus, tot honores, ac dona Regibus tribuantur, vt ipſi iudicandi onus ſibi aſſumant. Quamuis autem operæpretium ſit conſulere peritos legum, & alios prudentes ſapienteſque viros; relinquere tamen totum munus legum tantummodo peritis, nihil aliud eſt, quam transferre iuſtitiam viuam ad ius quoddam ſtupidum, aut inanimatum. Non enim legibus omnia, quæ ad iuſtitiam pertinent, declarantur: ſed ea tantummodo, quæ ſpectant ad legalem iuſtitiam. Nam iuſtitia diuiditur in legitimam, & in eam, quæ per partes exercetur: hæ vero tametſi nomine & aliqua ratione conueniunt, cum vtraque dicatur ad alium; tamen differunt inter ſe, & diuerſo modo ſeſe habēt: quoniam legitima iuſtitia circa ea verſatur, circa q̄ verſantur boni atq; officioſi viri, ea vero, q̄ per partes exercetur, circa hunc vel illum hominem verſatur. Quare hanc definiemus eſſe habitum electionis compotem, tribuentem cuique quod ſuum eſt,

Qui carnē humanam ſemel guſtarit, in lupum euadit.

Pertinax delatores expulit:

Iupiter cur ſine auribus.

Myda vero aſininis.

Per ſeipſum iudicat Princeps.

ne iuſtitia viua ad ius ſtupidum, & inanimatum transferatur.

Iuſtitia aut legitima, aut particularis.

Vtriuſque definitio.

tam

tam pœnarum quam præmiorum. At illa ſuperior, eſt habitus cum electione, qui circa omnia verſatur, circa quæ verſantur homines probi, ac præſtantes ad ſeruandas leges ob commune bonum: etenim legitima ac tota virtus appellatur, quia lex præcipit ea, quæ aliarum virtutum ſunt, vt non deſerere locum in acie, non fugere, non abiicere clypeum, quæ omnia ad fortitudinem pertinent. Extat Modeſtini lex, quæ hoc habet: *Miles, qui in bello arma amiſit, capite punitur.* Item Arriani alia: *Qui in acie fugam prior fecit, ſpectantibus militibus, propter exemplum, capite puniendus eſt.* Pæcipit preterea lex, non mœchari, nec alio vti flagitio: quæ omnia pertinent ad temperantiam. Patri (ait Pomponius) datur ius occidendi adulterũ ſimul cum filia, quam in poteſtate habet. *Ius* (inquit Papinianus) *occidendi patri conceditur domi ſuæ, licet ibi filia non habitet.* Rurſus præcipit lex: non pulſare aliquem, non conuiciari, neque iurgia exercere, quod totum bene morati & modeſti hominis eſt. In lege item apud Labeonem: ne quid infamandi cauſa fiat, ſic Prætor ait: *Si quis aduerſus ea fecerit, pro vt quæque res erit, animaduertam.* Fit ergo perſpicuum, legitimam iuſtitiam virtutes alias in ſe continere, & non ad ſe: ſed ad alios ſuas dirigere actiones. Recte igitur Plato in ſua republica pecunias ad iuſtitiam retulit, iuſtitiam vero ad alterius præmium: quare pleriq; in iis, quæ ad ſeipſos pertinent, vti virtute poſſunt, in iis vero, quæ ad alios ſpectant, nequeunt: quippe cum reliquæ virtutes circa internas (vt hodie loquuntur) operationes ſint, & circa ipſos affectus; deinde exeant in actus: at iuſtitia quia non conſiſtit in affectu, ſtatim ſe in externas actiones extendit, verſaturque circa ea, quæ ad alios pertinent. Vnde recte ſententia illa Biantis optima exiſtimatur: *Principatus virum oſtendit:* nam principatus ad alium eſt, & in ciuili ſocietate verſatur. Iuſtitia ergo ſola eſt, quæ alienum bonum exquirit: & ſi qua alia eſt, quæ idem faciat, ipſius muneris eſt. Liberalis enim, dum aliquid erogat, cui, quantum, & quando debet, iuſtitiam exercet. Teſtatur hoc Cicero de iuſtitia diſſerens: *Huic* (ait) *eſt coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet.* Ingerit ſe in hunc locum quæſtio quædam, vt ſtatim à contrario torqueatur enthymema: ſi iuſtitia continet in ſe omnes virtutes, iniuſtitia continebit omnia vitia: quod ſi animaduertemus, facillime inueniemus, virtutes ipſas non opponi, neque aduerſari ſibi mutuo, vitia autem aduerſari etiam è regione, vt auaritia & prodigentia, metus & audacia: non enim poteſt quis eſſe ſimul auarus, & prodigus: aut ſimul audax & timidus, ſed plane poteſt eſſe fortis & temperans: recteque vitium dici tota poteſt iniuſtitia, & aduerſus alios verſari: nam habitus electionis eſt tranſgrediendi leges ad commune detrimentum ſui commodi gratia. Sed ea iuſtitia, quæ per partes exercetur, alia eſt, cum in diſtributione verſatur, alia, cum in commerciis emen-

Legitima iuſtitia tota virtus, quia præcipit, quæ ad ſingulas pertinent,

eſtq; legum directio,

& ſola alienum bonum.

Reliquis virtutibus circa internas operationes potiſſimum conſiſtentibus.

Sic iniuſtitia eſt totum vitium: niſi quod vitium vitio opponitur, virtutes conſentiunt.

Iuſtitia quæ per partes exercetur, alia

emen-

diſtributiua, alia commutatiua

emendandis. Commerciorum alia voluntaria ſunt, alia non voluntaria: voluntaria, emptio, venditio, mutuum, depoſitum, commodatum, locatio, conductio, fideiuſſio, & huiuſmodi: non voluntaria vero, quædam clandeſtina ſunt, vt furtum, adulterium, veneficium, ſeductio, fraus, peieratio: quædam ſunt violenta, vt verberatio, mors, rapina, vincula, membrorum abſciſſio, conuicium, & ſimilia. Verum quia omne iniuſtum iniquum eſt, & omne iuſtum æquum, neceſſe eſt, vt iuſtitia ſit id, quod eſt æquum. Atque illa quidem, quæ in diſtributione, & ea etiam, quæ in commutandis commerciis verſatur: ſimilitudinem habent rationum. Hanc Græci ἀναλογίας nuncupant; nos autem dicimus habitudinum proportionem: harum autem altera geometrica eſt; altera arithmetica; ambæ enim in quantitate conſiſtunt. Quantitatum alia continua eſt, alia diſcreta: continua, vt linea, ſuperficies, corpus, atque etiam tempus & locus: diſcreta, vt numerus, & oratio, ea ſcilicet, quæ rhythmos metitur. Appellatur cõtinua quantitas, cuius partes in communem conueniunt terminum: non enim poteſt moueri pars continui, quin totum ipſum continuum moueatur, vt ſi iaceat aliquid ex ære lignove, cũ primum aliqua pars mouetur, totum id, quod iacet, moueri neceſſe eſt. Contra euenit in quantitate diſcreta, vt ſi quis ab aliquo numero, vtpote à decem, amoueat vnum, nouem reliqui non mouentur: quoniam quicquid diſcretum, ſeparatumq; eſt, partes non habet, vt eas communis terminus coniungat, ſed ſemper diſiunctæ atq; ſeparatæ ſunt partes. Diximus hæc, vt clariora fiant ea, quæ in diſtributione munerum pertinent ad pœnarũ & ad commerciorum commutationem Nam ea pars iuſtitiæ, quę verſatur in diſtributione munerum atq; pœnarum, in ea mediocritate conſiſtit, quæ geometrica dicitur; & hæc quidem verſatur circa interciſam permutatam proportionem: interciſa aũt permutata proportio eſſe non poteſt, niſi habeat quatuor terminos (vel ſaltem tres, modo medium ſumatur pro termino vtriuſq; extremi) vt nullus eorum ſit communis, cui reliqui copulentur, videlicet VI.III.II.I. in qua numerorum ſerie ſimilis eſt excedendi ratio: vt enim VI. ad III. ita II. ad I. ſeſe habent. Erunt igitur quatuor termini, duo ſcilicet homines, quibus diſtributio debeatur: & duæ res, ex quibus ipſa fiat, vt ſi fuerint duo de Rege bene meriti, vtpote Pericles & Conon, vt id quod Pericles Regi præſtitit, mereatur in duplo, ſupra id quod præſtitit Conon, ſicuti ſe habet VI. ad III. erit vtique diſtributio iuſta, ſi tribuantur II. Pericli, Cononi I. & hæc quidem permutata proportio mediocritas geometrica dicitur, quoniam mutuo ſibi merita reſpondent & præmia: nam Periclis meritum VI. ad meritum Cononis III. dupla proportio eſt, ita Periclis munus II. in dupla proportione ſe habet ad I. Cononis munus:

In quib. proportio duplex attendenda.


In diſtributione, geometrica:

In commutatione, arithmetica,

& ambæ conſiſtunt in quãtitate, quæ aut Continua eſt, aut Diſcreta.

munus: commutatis enim vicibus talia ſunt inter ſe, quoniam ſicut ſe habet meritum ad meritum, ita præmium ad præmium. Rurſus munus & meritum Periclis ſimul aggregatum duplum eſt ad munus Cononis, & meritum. Præterea ambo munera ad ſuum meritum inter ſe tripla proportione reſpondent: quare dicetur hoc æquum ipſius partis iuſtitiæ, quæ in diſtributione verſatur, cum munera non ſuperant meritum, neque ab illo ſuperantur.

Patet igitur hanc iuſtitiæ partem (cum rationem habeat perſonarum) in geometrica mediocritate, & interciſa in quantitate verſari. Verum iudex, qui commercia emendat, & corrigit, non perpendit merita ac opera perſonarum: quibus pœnæ debentur ac præmia: quoniam lex in emendandis dirigendisq; commerciis, non intuetur, probuſne læſerit improbũ an è cõtrario: ſed intuetur tantum interſtitium damni, nititurque æquare, quod excedit, vt ſi Titius vendidit Seio aliquid: deinde deprehendatur Titium habere IX. Seium vero III. conqueraturque Seius, quod minus habeat: ſi accecunt ambo ad iudicem, tanquam ad animatum ius, vt tribuat vnicuiq; quod ſuum eſt, debet iudex medium exquirere arithmetica mediocritate, vt quanto maior numerus excedit medium, tanto medius excedat minimum: quod ſi iungantur ambo numeri, IX. ſcilicet & III. prouenium XII. cuius dimidium erit VI. quare VI. erit medius terminus, vtrobique ternarius; ſenarius vero medium, cum ea differentia, quæ eſt ipſius IX. ſupra VI. eadem ſit ipſius VI. ſupra III. Quapropter dum iudex aufert à Titio III. additque Seio minus habenti III. æquum tribuit, vnicuique videlicet VI. qui ſi à Titio amouiſſet II. dediſſetque Seio, adhuc Titius habuiſſet plus quam par eſſet Conſtat igitur iuſtitiæ partem, quæ commercia dirigit & emendat, in arithmetica mediocritate verſari, quæ etiam in quantitatem continuam & interciſam diuiditur. Continua eſt, vt VIII. VI. & IV. nam VI. medius terminus eſt, qui ab VIII. ſuperatur binario, quo ipſe ſuperat IV. neque hi numeri æqualitate aliqua habitudinum conciliantur, quoniam VIII. ad VI. ſeſquitertia proportio eſt, VI. vero ad IV. ſeſquialtera: nulla ergo erit æqualitas inter hos,



Commutatiua non reſpicit merita, ac perſonas.

Iuſtitia quæ commercia dirigit, in arithmetica proportione conſiſtit.


tet hos, cum ſeſquialtera longe maior ſit ſeſquitertia. Contra euenit in mediocritate arithmetica intercisa, vt VIII. V. VII. IV. nam quamuis vno eodemque medio non concilientur extrema, ineſt tamen ei in exceſſu æqualitas quædam habitudinum: ſiquidem ternario, VIII. excedunt V. & ternario etiam VII. ſuperant IV. quapropter ea pars iuſtitiæ, quæ munera meritis concinnat, mediocritatem ſequitur geometricã. Ea vero, quę commercia dirigit, arithmeticam mediocritatem ſectatur, nunc continuam, nunc interciſam. Sed ideo diximus, mediocritatem continuam habere communem terminum, quo partes ipſæ copulentur; quoniam VI. inter IX. & III. eſt communis terminus: ſicut enim VI. ſuperatur à IX. qui maior eſt numerus, ita ipſe excedit III. qui minor eſt: & hęc ſeries quamuis tres terminos habere videatur, tamen quatuor etiam dici poſſunt, quia medius ac communis terminus reperitur bis: nam quemadmodum IX. excedit VI. ita VI. excedit III. bis igitur VI. in hac propoſitione profertur. Conſimili ratione medium in diuerſis artibus inuenitur: quod ſi non inueniretur, artes ipſæ proculdubio penitus interirent: quoniam opus præſtantius alio non permutaretur. Iccirco iudex aſciſcitur, qui pretia rerum ad æqualitatem perducat, quod facile præſtabit, ſi intercedat alicuius rei egeſtas, qua ipſe poſſit res in commutatione metiri: vnde Ariſtoteles artificem illum, cuius operæ alius egeret, agere dixit, indigum vero perpeti. Propterea talionatum admiſit, non tamen illum Pythagoricum, vt pro manu manus rependatur, ſed in commutatione rerum. *Artes* (inquit) *è medio tollerentur, niſi is qui agit, agat tantum, & tale, & is, qui patitur, itidem patiatur.* Verum quia Pythagorici non in commutatione tantum, ſed abſolute ἐκ τοῦ ἀντιπεπονθότος, hoc eſt, ex talionatu (licet verbum ex verbo nõ ſit ductum) affirmabant conſtare iuſtitiam, hos Ariſtoteles, tanquam diſſentaneum à ratione, non probat. Iuſtitiæ (inquit) non conuenit, vt is, qui magiſtratũ læſerit, talione mulctetur, ſed grauiori ſupplicio afficiatur. At in rerum commutatione recte iudex æqualia cuique artifici rependendo commutationes ipſas æquas efficiet: vt ſi commutatio pertractetur inter ſutorem & olitorem.

Medium in artibus reperiendum, vt iuſta fiat permutatio.

Talionatus Pythagoreorũ improbandus.

Olitor. *Sutor.*

a *b*



c *d*

Hortus. *Calcei.*

Olitor habeatur vt VIII. ſutor vt V. hortus vt VI. calcei vt III. ponãturq; per rectam lineã olitor & ſutor: ſubtus aũt hortus & calcei, & conſtituatur quadratus, a b c d, & olitor ſit a, ſutor b, hortus c, calcei d: deinde protrahantur diametrales lineæ ſe inuicem interſecantes, a d & b c, vt reſpondeat ſutori hortus: olitori reſpondeant calcei, qui ſecundum ſimilitudinem rationis ab horto ſuperantur in duplo; calceos in duplo debet iudex apponere, vt ex libra rationis reſpondeant horto, & ſit æqua permutatio per ipſam

ipſam ſimilitudinem rationis, modo res tales ſint, vt inter ſe poſſint comparari: nam linea & lapis comparari non poſſunt: hinc nequeunt etiam commutari: & hæc quidem commutatio ortum habuit à natura propter indigentiam, quoniam nonnulli plura quam neceſſe erat, pauciora alii habebant: deinde non à præſcripto naturæ, ſed ab inſtitutis hominum inuentus eſt numus, qui æſtimationem rebus & menſurā inferret: quare numus ἀπὸ τοῦ νόμου, hoc eſt, à lege denominationem accepit: ipſe enim metitur omnia, vt Ariſtoteles ait, & eſt tanquam commerciorum omnium fideiuſſor.

Nummus menſura indigētia inſtitutis hominum, non natura.

De Legum deprauatione.

C A P. XI.

HActenus de rerum directione, nunc autem de legum deprauatione, poſtea de ipſarum emendatione aliquid adiiciemus. Deprauantur leges plerunque inſcitia, ſæpe etiam malignitate interpretum; vnde non poſſum non mirari ſatis, quonam pacto ſinant Reges, & respublicæ, vt vnicuique ad ciuilis iuris dignitatem adſciro tribuatur poteſtas interpretandi leges, cum oporteat, illud munus concedi tantummodo iis, qui non ſolum ſunt probitate ac bonitate conſpicui; ſed etiam ſint ad benignitatem procliues. Mercurium, qui ἑρμῆς dicitur, ſcilicet interpres, non ſinebat antiquitas effigiari, niſi ex ligno quamoptimo, reliquos vero Deos ex quocunque: quod quidem nihil aliud innuit, niſi quod legum interpretes debent eſſe bene animati, vt ſint ad bonitatem, non ad ſæuitiam proniores: qui ſi fuerint quocunque modo ad malum propenſi, diſtrahunt leges ipſas, aut ad crudelitatem, aut ad fraudem, deprauantque ſententias legum, vt Principib. placeant & blandiantur. Memini, me audiuiſſe à quodam Iuriſconſulto exiſtimationis non modicæ, & quidem ex hac re iactabundo, ſententiam ſe exquiſiuiſſe legis, cuius ope Ferdinandus Rex poterat non ſeruare fidem, quam Salernitano Principi de eius incolumitate dederat, offerebatque, tanquam maximum munus, hoc facinus Regi; aſſerens etiam, ſe inuigilaſſe per noctem, vt impoſturam illam legis inueniret. Aderat ibi Diomedes Carrafa Madaloni Comes, vir plane integerrimus, & ex omnibus Proceribus Regi chariſſimus, qui cum animaduertiſſet illum tam nefariam legis expoſitionem ideo obtuliſſe, vt Comes ipſe diligentiam hominis Regi nunciaret, non tulit hoc nefas, ſed excandeſcens, vt probum ac præſtantem virum decet, reſpondit: *In malam crucem hinc abi, qui ſanctiſſimas leges proditrices facis*: conuerſusq; ad nos: *Quam male* (inquit) *actum fuit, vt huiuſcemodi homines ad interpretandum iura & leges aſciſcerentur.* Itaque cauere debent Principes, ne

Deprauantur leges leguleiorum inſcitia, vel malignitate.

Quib. hominibus mirum, quo pacto Reges & Reſp. ius legum interpretandarum cōcedant: nam Interpretes legum debēt eſſe bene animati, probiq; viri, & ad clementiam proni.

Cautelarū inuentores, & legum inuerſores abigendi.

Exemplo eximii, principisque viri.

Digitized by Google

placita iſtorum, qui leges inuertunt, & ipſas in alterius damnum trahunt, circumferantur; debentque huiuſmodi peruerſiones à regno penitus amouere, cum præſertim non demant aliquid ab acerbitate legis, ſi ea forte coacta aliquid ſeuerius in vniuerſum præcipiat: ſed potius auferunt ab ipſius benignitate, inuertuntque & trahunt ad prauitatem ſanctiones & iuſſa legum: quemadmodum ſunt cautiones illæ, quas ipſi *cautelas legum* appellant: videlicet proteſtationes iterum cruciandi reos, ne accepto à lege conſtituto tormento, indicia euaneſcant. Et rurſus cum lex prohibeat, ne capiatur intra domeſticos parietes ære alieno grauatus, interpretes male animati (benignitatem legis deprauando) inuenerunt fraude adhibita, vt prætor ad ſe debitorem illum ſimulata aliqua magna cauſa vocet, tanquam ad neceſſaria reſponſurũ, quod ſi fuerit dicto audiens, ſtatim egreſſus limine capiatur, ſi vero non paruerit, ob inobedientiam intra clauſtra domus, atque etiam in ipſo conclaui capiatur. Quare qui hæc, & ſimilia moliuntur, non ſunt legum interpretes, ſed potius inuerſores.

De emendatione legum.

CAP. X.

VErum contra has prauitates adiecit modum Ariſtoteles, tanquam Philoſophus, de æquitate & emendatione diſſerens, appellauitque emendationem ipſam ἐπιείκειαν, quam nonnulli bonum & æquum interpretantur. Dicitur enim ἐπιείκεια, vt etymon exquiramus, ἀπὸ τοῦ εἴκειν καὶ ὑποχωρεῖν, hoc eſt, à cedendo & tolerando: cedit lex & tolerat, cum decreto iudicis æquitatis ſuffragio emendatur. Accedit ad hæc, quod Ariſtoteles de iuſto & æquo diſſerens, ἴσον appellauit æquum, æquitatem vero non ἰσότητα, ſed ἐπιείκειαν eſſe aſſeruit, fortaſſe vt oſtenderet, æquitatem non eſſe ſimplicem, ſed habere duplicem vim ad iuſtitiam exercendam, & aliud eſſe illud æquum, quod multi exiſtimant ab aqua deduci: quia in ea, dum quieſcit, maxima cernitur æqualitas: vnde transfertur ea pars iuſtitiæ, quæ in neutram partem declinat: aliud vero æquum illud, quod nunquam à bonitate diſiungitur, & eſt id, quod emendat leges, & corrigit. Erit igitur iniuſta lex, ſi à medio in extremorum aliquod protrahatur: nam cum iuſtitia ſit moralis virtus, neceſſe eſt, vt coniectatrix medii ſit, illius videlicet medii, quod eſt inter nimium & parum, nec habet duos hoſtes, vt reliquæ virtutes. Fortitudo inter audaciam, & timorem reſidet, liberalitas inter auaritiam, & prodigentiam; iuſtitia vero (vt ab iniuſtitia remoueatur) neceſſe eſt, fugiat quod

Æquũ, quod ab aqua deducitur.

Æquũ, quod eſt cum bonitate.

Lex iniuſta eſt, cum receſſit à medio, cuius iuſtitia coniectatrix eſt, inter nimium & parum.

Digitized by Google

quod redundat & deficit. Qua enim in re eſt plus & minus, in eadem etiam medium eſſe oportet: medium autem inter id, quod excedit, & deficit, æquum eſt: at quod æquum eſt, iuſtum eſſe neceſſe eſt. Erit igitur iuſtum medium quoddam inter parum & nimium. Huius rei Vlpianus meminit, cum dixit: *Iuſtitiam namque colimus, boni & æqui notitiam profitentes* Et Ariſtot. ait: *Vir bonus & æquus eſt, qui non exacte amplectitur ius in partem deteriorem, ſed potius ab acerbitate iuris imminuit.* Laudatur à Cicerone Seruius Sulpitius, appellaturq; ab eo non iuris, ſed iuſtitiæ conſultus, quoniam erat ei *in interpretandis legibus incredibilis æquitas & pene diuina, in explicandis vero par ſcientia.* Oſtendit hoc etiam Diui Marci & Commodi epiſtola, quæ iam lex effecta eſt: nam Scapulæ Tertullo, cõſulenti eos de matre occiſa ab Ælio Priſco filio furente, reſcripſerunt: *Si tibi liquido compertum eſt, AElium Priſcum eo furore eſſe, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat, nec ſubeſt vlla ſuſpicio matrem ab eo ſimulatione dementiæ occiſam, potes de modo pœnæ diſſimulare, cum ſatis furore ipſo puniatur.* Tradunt etiam hiſtoriarum monumenta: Smirneam quandam, quæ virum & filium occiderat, à Proconſule Aſiæ ad Areopagitas reiectam, vt de ea magiſtratus ille integer & ſeuerus iudicaret: ſiquidem iudicibus Aſiæ videbatur anceps negotium, vtrum tanti ſceleris ream abſoluerent, an iuſto dolore laceſſitam condemnarent. At Areopagitæ, quorum præcipuum munus erat de hominis morte decernere, & erant in eo munere vſque adeo rigidi, vt nunquam niſi in tenebris iudicarent, ne reorum facies ipſos ab integritate detorqueret, cognita cauſa, quia vir mulieris, & filius occiderant alium filium innocentem quidem, & ab omnibus probatum iuuenem; à priori viro conceptum, ſtatuerunt: *vt accuſator & rea poſt centum annos ad magiſtratum redirent.* Tanta etenim erat apud veteres obſeruantia iuſti, vt neque leges contemnerent, neque rationem, cuius cauſa leges effectæ ſunt, omnino deſererent. Nunc autem nulla ratione opitulante, modo neſcio quem Bartolum, aut Baldum in medium afferant, iuſti & ſanctiſſimi iudices appellantur: petinde vt Pythagorici, qui pro recta ratione dicebant: *Ipſe dixit:* ipſe autem erat Pythagoras. Succurrit nunc etiam mihi obiter epiſtola Plinii iunioris, quam hic appoſuiſſe non indecens fuerit, cuius verba ſunt hæc: *Scribis mihi Sabinam, quæ nos reliquit hæredes, Modeſtum ſeruum ſuum nunquam liberum eſſe iuſſiſſe, eidem tamen ſic aſcripſiſſe legatum: Modeſto, quem liberum eſſe iuſſi. Quæris quid ſentiam? contuli cum peritis iuris: conuenit inter omnes, nec libertatem deberi, quia non ſit data, nec legatum, quia ſeruo ſuo dederit. Sed mihi manifeſtus error videtur; ideo puto, nobis quaſi ſcripſerit Sabina faciendum, quod ipſa ſcripſiſſe ſe, crediderit. Confido acceſſurum te ſententiæ meæ, cum religioſiſſime ſoleas cuſtodire defunctorum voluntatẽ, quam hæredibus intellexiſſe pro iure eſt: neq; enim minus apud nos honeſtas,*

Exempla æquitatis.

quam apud alios neceſſitas valet. Moretur ergo in libertate ſinetib. nobis, fruatur legato, quaſi omnia diligentiſſime cauerit: cauit enim, qua hæredes bene elegit. Ex his igitur coniiciemus, quo pacto vir bonus ſemper detrahat à ſuis commodis, vt benignum ſe præbeat in vtilitatem alterius, quamuis poſſit ſe lege tueri. Quare erit ἐπιείκεια legitimo iure præſtantior, quoniam ipſum ius emendat & perficit: nam leges non aliter quam res aliæ ex materia & forma componuntur, vtpote quæ habeant literarum ſtructuram pro materia, ex qua ius efficitur, & rationem iudicis pro forma, ex qua perficitur: vt ſi lex vetet peregrinum aſcendere murum, imponatque capitis pœnam, ſi aſcenderit quiſpiam; deinde hoſtes ciuitatem inuadant: aſcendit peregrinus, & hoſtes depellit: lex quidem etſi non eſt perperam in vniuerſum prolata, aduerſatur tamen naturali iuſto, quod iubet referri gratiam bene merenti. Quare iudex non verba legis (vt ait Plato in ſuis legibus) ſed legumlatoris præcipuam voluntatem reſpicere debet, vt quod ipſe conditor omiſit coactus à lege, quæ non poteſt niſi in vniuerſum proferri, ſuffragio rationis temperet, & moderetur: ſiquidem leges ipſæ non modo iacent, verum etiam oſcitant, donec à ratione perficiantur, à qua iudex iuſtum & æquum iudicium elicit. Etenim ſi (vt ſuperius diximus) omne iuſtum æquum eſt, & omne iniuſtum iniquum: erit ſemper iniqua lex, ſi in iniuriam alterius protrahatur. Quare Plato prius, deinde Ariſtoteles dixerunt, minus malum eſſe pati iniuriam, quam inferre, quoniam inferre iniuriam improbi hominis eſt, perpeti vero non improbi, ſed potius imbecillis. Hinc ait Ariſtoteles: *Nemo lubens iniuriam patitur, quod ſi inferre iniuriam lubentis eſt, perpeti non lubentis eſſe neceſſe eſt: quoniam qui facit iniuriam, principium actionis in ſeipſo habet, quia agit quod ad rationem voluntarii pertinet: at ille qui patitur, non habet principium actionis in ſe, ſed in alio: quare non voluntarium.*

In legibus, vt in cæteris, ineſt materia, & forma.

Iudex formam magis attendat.

Iniqua lex eſt, quæ in iniuriã alterius protrahitur:

Iniuriam autẽ inferre deterius eſt, quam pati.

Vtrum ſibi quis iniuriam inferre poſſit?

CAP. XI.

ORiuntur hinc tamen dubia: an qui ſeipſum interficit: ſponte ſibi faciat iniuriam? rurſus quem amica aut meretrix ſpoliat: demum qui in diuiſione minus, quam ſuæ dignitati conuenit, aſſumit ſibi. Soluit hæc Ariſtoteles: non facere aſſerens ſibiipſi iniuriam, qui ſe interficit, ſed ciuitati: ipſa enim ciuitas mulctat peremptum, & eum proſequitur ignominia, vt inhumatum cadauer abiiciatur. Priuat præterea lex quandoque hæredes; Martianusque ſub ea nota, quæ ſcribitur de bonis eorũ, qui mortem ſibi conſciuerunt, ait: *Qui rei poſtulati, vel qui in ſcelere deprehenſi metu criminis imminentis mortem ſibi conſciuerunt, hæredem non habent.* Sed neque

fas

fas apud antiquos erat ſeipſum occidere: Græci Aiacis corpus humi depoſuerunt, Calchante ita cenſente, quoniam impium videbatur, vt daretur igni, qui mortem ſibi conſciuerat. Accedit præterea ratio, quod ſi ſibi iniuriam faceret, qui ſeipſum occidit, tunc vnus & idem eſſet alius à ſe: quod ſi conſequens eſt diſſentaneum, erit etiam antecedens, quia ſi aliquis ſibi iniuriam facit, profecto ipſemet ſua ſponte & ex electione ac prior aget, & patietur. At iniuria fit à volente in nolentem: ergo vnum idem vellet & nollet: eſſetque ex conſequenti alius à ſe: itaque nemo ſibi iniuriam facit, nec patitur, niſi inuitus. Sed neque is, qui patitur ſe ab amica ſpoliari, abſolute damnum patitur lubens: putat autem damnum illud eſſe bonum propter incontinentiam; ideo non quod malum eſt, ſed quod bonum exiſtimat, æquo animo fert. Pari modo neque is damnum patitur, qui minus, quam ſuæ dignitati conuenit, accepit: ſed fortaſſe boni plus aſſequitur: nam ſæpenumero qui minus, quam par eſt, aſſumit, aſſequitur gloriam & honeſtatis laudem. Igitur neque is, qui ſibi mortem conſciuit, neque is qui ob intemperantiam læditur, neque is qui minus accipit, ſponte iniuriam ſuſtinet. Plato contrarium ſentit, vt non ſolum putet, quempiam poſſe ſibi iniuriam facere: ſed neminem iniuriam pati, niſi à ſeipſo. At Stoici neutrum admittunt, immo potius negant, poſſe modo aliquo inferri iniuriam ſapienti: quippe cum ſapiens non ignoret ea, quæ in ſeipſo ſunt, & quæ non ſunt: nouit enim, in ſe eſſe opinionem, appetitum, declinationem, conatum, & ea omnia, quæ noſtra opera efficiuntur: quæ autem non efficiuntur noſtra opera, in nobis non eſſe, vere ſapiens putat. Cum igitur opinio ſit ex eo rerum genere, quæ in nobis ſunt, & opinio ipſa ſit ſemper in cauſa, vt aliquis afficiatur iniuria, quoniam ipſa eſt, quæ irritat patientem: non poteſt id facere in ſapientem, nam ſapiens non irritatur, neq; exiſtimat, ea eſſe bona, aut mala, quæ creduntur ab aliis, nec iudicat illud eſſe turpe, quod autumat vulgus; ſed ea putat eſſe bona, quæ tantum ad honeſtatem, & virtutem pertinent: mala autem ſolum, quæ ad vitium, & ad id, quod aduerſatur honeſto. Socratem non irritauit opinio, quando fuit à quodam calce percuſſus, ſed mirantibus quibuſdam tolerantiam ipſius, reſpondit: *Eſſetne dicendus dies aſino, ſi me calce petiſſet?* Deriſit etiam Xantippen coniugem, cum in ipſum lorium effunderet, quin potius dicterio iocatus: *Neceſſe erat*, inquit, *vt Xantippe plueret, cum iurgiis ante tonaſſet.* Pugno etiam cæſus inſuſurrauit tantummodo, *Iniquum eſſe, quod neſcirent homines, quando è domo debeant galeati prodire.* Dicet fortaſſe quiſpiam, hæc omnia illum contemnere debuiſſe, ſed quonam pacto non accepit iniuriam ſapiens hic oraculo iudicatus, cum iniuſte fuerit à ſuis ciuibus condemnatus? Hoc loco oportere, inquit Seneca, nos intelligere, ſæpenumero euenire poſſe, vt aliquis faciat iniuriam

Ariſtot. negat.

Plato affirmat.

Stoici putant, in virtum ſapientem non cadere iniuriam.

Quod paradoxum Socrates re comprobauit.

Seneca argumentis.

Digitized by Google

riam mihi, & ego non accipiam, tanquam è villa mea quis rem ſurripiat, quam in mea domo ponat, ille furtum faciat, ego nihil perdam. Nihil enim prohibet (ait) vt aliquis nocens ſit, quamuis non nocuerit, vt ſi quis cum vxore tanquam cum aliena concubat, adulter erit, quamuis illa adultera non ſit. Declarat hoc poſtea, & oſtendit exemplo: Poſſum (inquit) pedes mouere, vt non curram: currere non poſſum, vt pedes non moueam: poſſum quamuis in aqua ſim non natare: ſi nato, non poſſum in aqua non eſſe. Huiuſmodi eſt hoc, de quo agitur: ſi iniuriam accepi, neceſſe eſt factam eſſe: ſi eſt facta, non eſt neceſſe, me iniuriam accepiſſe. Ait poſtea: nihil iniuſtum iuſtitia pati poteſt: quia non coeunt contraria, iniuria autem non poteſt fieri niſi iniuſte: rurſus, non habet, vbi ſapiens accipiat iniuriam ab homine, ſed nec à fortuna: quæ quoties cum virtute congreſſa eſt, par non receſſit. Itaque ſi damna, dolores, ignominiæ, locorum commutationes, orbitates, diſſidia ſapiētem circumueniunt, non mergunt: denique ſapiens omnia ſic patitur, vt hyemis rigorem, feruorem æſtatis, cœli intemperantiam, morbos, & cætera, quæ natura accidunt. Hæc ſparſim ille in libro vbi diſputat: In ſapientem non cadere iniuriam.

Quid differant inter ſe Temperantia & Continentia.

CAP. XII.

AT de his fortaſſe diffuſius, quam decebat, diſſeruimus: nunc ad Plutarchum ipſum redeamus: qui affert differentiam, contra quos agit, inter temperantiam & continentiam. Ait enim, nunquam vir temperans ſe ab illecebris abſtineret: ſi ſuapte natura eadem pars, quę cuperet, ipſa etiam iudicaret. Quare ea erit temperantia, cuius partem affectui obnoxiam, tanquam animal manſuetum freno obtemperans, ratio tractat, & quaſi aurigatur, vtens eo circa concupiſcentiam, non quidem reluctante, ſed ſponte temperamentum, & honeſtatem accipiente. Continentia vero contra ducit quidem valida & ſuperante ratione cupiditatem, non lubentem tamen neque obtemperantem, ſed obliquam potius & reluctantem, quaſi ſub plaga & freno coercet. quare per ſe certaminis atque tumultus plena eſt, vt Plato aſſerit, cum de duobus equis animæ fabulatur, nam aurigam pro ratione finxit; & (vt nonnulli aiunt) pro appetitu gemino geminos equos, vt placidus equus & freno obtemperans intelligatur appetitus rationi parens, quemadmodum ille, qui eſt excitatus ab ira, contumax vero equus appetitus ſit libidinis, qui magis rationi repugnat. Affirmat hoc Ariſtoteles in

libro,

Digitized by Google

libro, quem de motibus ſcripſit: *Difficilius* (inquit) *eſt voluptati repugnare, quam iræ.* Fabulam hanc Plutarchus in ſententiam ſuam traxit, concinnauitq; pulchriorem, celſioremq; equum temperantiæ, at repugnantẽ continentiæ: quoniam Plato illum participem honeſtatis aſſeruit, & rectæ opinionis amicum, non egentem ſcutica, aut ſtimulis, ſed cohortatione tantummodo: alterum vero aſperum, intortum, confuſumq; habitudine, & vſq; adeo ſurdum, ſtupidumq;, vt neceſſe ſit aurigæ, eum vi inflectere, & os eius cruentare, eumq; defigere in imos poplites. Hac dẽ cauſa Plutarchus dixit, alterum equorum placidum obtemperantemque freno, alterum aſperum & contumacem, qui contra bene parentẽ ſocium, iugum detrectat, & ſæpenumero perturbat aurigam, dum ſimul cauere is nititur, ne auferatur ab impetu ruentis equi, contraque eius impetum, in contrariam illi, ad quam ruat partem, equum cogit adducere, anxius etiam, ne punicea lora (vt ait Simonides) ſibi è manibus excutiantur. Quam ob rem non putant, continentiam integram & perfectam eſſe virtutem, ſed inchoatam & mancam, nec plane ad perfectam mediocritatem redactam ex concentu, atque concordia deterrimi cum optimo: addunt etiam non eſſe plane purgatam amputatione excedentis affectus. Purgatam vero, ac deterſam nonnulli contendũt eſſe virtutem, quando penitus ab extremis ſic abhorret, vt extrema non reprimat cum aliqua difficultate, ſed obliuiſcatur ipſorum, perinde vt nunquam illa fuiſſent. Nam temperantia cum ſit virtus bene purgata, non repugnat modo aliquo rationi, ſed obtemperat lubens; continentia vero, quia nondum acquiſiuit ipſius virtutis habitum, amputatione extremorum, non modo repugnat, ſed mœrens, & dolens ad medium trahitur, in quo virtus habitat: ideo Plutarchus inquit, eam cum temperantia habitare, tanquam in ſeditione: quemadmodum Thebani: vt de ea illud recte dicatur:

Plutarchus Platonicam fabulam de duobus equis ad temperantiam, & incontinentiam adaptauit.

Continentia manca eſt, & inchoata virtus, nec

Purgata amputatione excedentis affectus.

Ideo mœrens & dolens ad medium trahitur:

agreq; animo, ac tanquam in ſeditione verſatur cum temperantia.

> Πόλις δ' ὁμοῦ μὲν θυμιαμάτων γέμει,
> Ὁμοῦ δὲ παιάνων τε καὶ στεναγμάτων.

Id eſt: *Ciuitas autem ſimul ſuffitu plena eſt, ſimul etiam pæanis, & ſuſpiriis.* Nam Thebani ob OEdipi facinus in templis coronati gementes ſacra Deis faciebant cum accenſis odoribus, pæanis, & ſuſpiriis. Sunt autem hi Sophoclis verſus in OEdipodis tyranni tragœdia, quos Plutarchus ſuo & peculiari inſtituto appoſite adducit: quoniam continentis viri anima ad parendum ac bene agendum non ſponte, ſed coacta compellitur; ægertime tamen æqua, & ſibi congruentia ſuſtinens. Contra ſentiunt de incontinentia, & intemperantia: quia priuationes (vt hodie dicimus) & contrarii habitus contrarios effectus conſtituunt: vt quemadmodum temperantia perfecta eſt, atq; abſoluta virtus,

Digitized by Google

virtus, ita intemperantia ſit plane vitium, quoniam ad prauam affe-ctionem, prauam etiam addit rationem: ac tum concupiſcendo ad turpitudinem labitur, tum malum, obliquumque iudicium cupiditatibus annectendo, cognitionem abiicit, ſenſumque peccatorum. Incontinentia vero quoniam non deprauatur ratione, ſeruat rectum iudicium atque integrum, ſed ab affectu qui ratione potentior eſt, trahitur præter ſuam ſententiam omnino tranſuerſa, & præceps, differtque ab intemperantia, quia huius ratio ſuperatur ab affectu, illius autem non repugnat affectibus: & huius quidem ratio repugnans cupiditates ſequitur, illius vero dux eſt, & cauſam agit, tanquam patrona. Præterea hæc dum errat, dolet, illa gaudet, & cupit eſſe ſe errati ſociam: hæc inuita prodit honeſtum, illa ſponte fertur ad turpe. Sequuntur deinde alia, quæ expoſitione non indigent.

Finis Libri tertii.

ANDREÆ

Digitized by Google

ANDREÆ MATTHÆI AQVIVIVI HADRIANORVM, INTERAMNATVMQVE DVCIS

DISPVTATIONVM IN LIBELLVM PLVTARCHI CHERONAEI DE VIRTVTE MORALI

LIBER QVARTVS.

An affectus, & ratio idem ſint: & vtrum vna pars animæ ſit, quæ alias contineat.

CAP. I.

VEtuſtiores Philoſophi, qui ante Socratem arcana naturæ ſcrutati ſunt, omnia entia ex materia conſtare, putauerunt. E diuerſo alii materiam, tanquam rem inconſtantem, abiecerunt, formas rerum tantummodo amplectentes, vt non modo à rebus natura conſtantibus, ſed ab ipſis etiam virtutibus materiam expulerint, affectus videlicet, qui (vt in initio dictũ eſt) vicem materiæ ſortiuntur, & à recta ratione informantur, diriguntur que in mediocritatem; à qua virtutes morales proueniunt, & conſeruantur: At Philoſophi, contra quos opuſculum hoc auror compoſuit, non aliud exiſtimauerunt affectum à ratione, neque duarum rerum differentiam, ſed vnius rationiſ conuerſionem quandam ad vtramque partem, latentem quidem nos celeritate & velocitate motus: nos, inquam, non animaduertentes eandẽ eſſe partem *Affectum & rationem idẽ eſſe, aſſeruerũt quidam philoſophantes.*

animæ, quæ ſit apta apperere, pœnitere, iraſci, metuere, ferri ad turpitudinem ob voluptatem, rurſus compeſcere, ac reprimere voluptatem: nam cupiditatem, iram, metum, & cætera eiuſmodi cenſuerunt eſſe iudicia praua, & opiniones mentis erroreſque, & non eſſe in vna parte animæ, ſed eſſe totius illius principis animæ partis momenta, ceſſiones, aſſenſiones, & omnino actiones: quæ quidem eodem in ſtatu perſiſtunt, non aliter quam curſus, concitationes, motuſque puerorum, qui ob imbecillitatem habent impetum inconſtantem, & leuem. Verum ii non recte de partibus animæ, neque appoſite de affectibus iudicarunt, conſtituentes illos in ea parte animæ, quæ rationis eſt compos: ſiquidem in ea non affectus, atque concitationes reſident, ſed voluntas. Affectus autem cum ſint illigati organis, materia & ſenſu indigent, vt ex motu cordis datur cernere, quando ſpiritus ob metum ad interiores partes contrahuntur, aut ad exteriores diffunduntur, dum aliquid euenit, quod pudeat contigiſſe: quod quidem ſine inſtrumento corporeo fieri nequit. Erunt igitur affectus neceſſario in appetitu ſenſorio, non autem in principe parte animæ, vt ipſi aſſeruerunt, ob imbecillitatem veluti curſus puerorum, ſed potius cupiditate adipiſcendi aliquid, aut libidine quadam vlciſcendi, & has quidem poteſtates cupiditatem & iraſcentiam nuncupant: quarum altera bonum tantummodo ſenſibile reſpicit, vt eſt amor, qui pertinet ad amatum, & cupiditas, à qua prouenit motus, & oblectatio, quæ pertinet ad quietem: altera vero etſi bonum, atque malum reſpicit, tamen ſub illa nota illud potiſſimum reſpicit, quod habet rationem præſtantiæ & ardui, vt victoria: nec ſenſu delectatur. Iccirco congruit huic poteſtati timor, audacia, ſpes, & deſperatio: ineſt etiam ipſa ira, cuius contrarium eſt id, quod Græci dicunt ἀοργησία, quam nos (quamuis inuſitato vocabulo) dicere poſſumus iraſcentiam, quæ quidem affectio in hebetes atque ſtupentes impingitur. Quare affectus definiemus, *agitationes à parte irrationalis animi prouenientes boni alicuius gratia*: agitationes, diximus potius, quam motus, quoniam affectus ſæpenumero proueniunt inconſulti abſq; aliqua cogitatione & mora: quandoque vero motus dici poſſunt, ſi cum tempore ratiocinando ab aliquo ad aliquid, tanquam à carceribus ad metam, progrediuntur. Et ii quidem qui cum animi percurſione proueniunt, definiuntur motus animi ratione carentis boni alicuius veri, aut apparentis gratia, cuius finis eſt voluptas atque triſtitia. Sed occurrit nunc non paruipendenda conſideratio: an poſſint ii, in quos Plutarchus inuehitur, aliquo pacto defendi. Extat autem inter noſtrates Philoſophos quæſtio contra Arabes, vnane tantum pars animæ ſit, quæ contineat in ſe alias partes, perinde vt quadratus triangulum: hoc argumento, quod ſi plures formæ eſſent in homine, vna tantum forma eſſet per ſe ſubſiſtens,

Qui manifeſte errarunt quia

Affectus illigantur organis.

neq; inſunt in principe parte animæ.

Affectus aut agitatio, aut motus animi definiendus eſt, prout conſulto, aut inconſulto prouenit.

Princeps animæ pars in ſe cæteras continet, vt trigonum tetragonus.

Digitized by Google

ſtens, quam nunc ſubſtantialem nuncupant, & ea tantummodo eſſet, quæ perficeret materiam, reliquæ vero formæ eſſent aduentitiæ, quoniam ea dicetur forma ſubſtantialis, quæ aduenit enti in potentia, accidentalis autem aduenit enti in actu. Quare contingeret, vt ea pars animæ, quæ princeps & præſtantior eſt, non eſſet forma ſubſtantialis homini, ſed eſſet aduentitia potius: ſiquidem ea pars quæ præſtantia & dignitate eſt prior, acceſſu tamen, & functione ſui muneris eſt vltima: vnde ſequeretur, vt pars alumna viliſſima partium, & tantum propria ſtirpibus vendicaret ſibi munus informandi hominem: præſtantior vero, quæ eſt homini propria, eſſet aduentitia, quo nihil poſſet excogitari abſurdius. Sed reſiſtunt his rationibus Arabes: quoniam properare formam, ac inſinuare ſe enti, quod in actu eſt, duplici modo exiſtimāt: vno quidem, cum forma ſubſtantialis accedit ad ens abſolutum, perfectumque, vt non oporteat aliam perfectionem accipere: quemadmodum fit, ſi accedat pars illa, qua intelligimus, ſiue (vt ait Arabs interpres) qua cogitamus: alio autem, cum properat forma, vt perficiat ens illud, quod in actu eſt: imperfectum tamen & mancum, vt perfici appetat à forma præſtantiori, cum ea ſit conditio, & natura formarum ſubſtantialium, vt ſi prima forma, quæ ſe ingerit miſto atque compoſito enti, non perficiat ipſum, ſequatur alia forma, & rurſus alia, donec perfecte compoſitum informetur, exemplo hominis inchoati, qui primum ab altrice anima informatur; tamen quia ea pars animæ non animal perficit, ſed potius plantas, neceſſe eſt, vt informetur ab anima ſenſibili, qua parta perficitur animal, verum quia adhuc aliquid remanet, vt homo ſit, informatur ab alia, qua intelligit. At ii ſi priorem opinionem de partibus animæ aſſumpſiſſent, non eſſet eorum futilis & abſurda poſitio: quoniam ſub ea parte, quæ princeps & domina eſt, reliquæ aliæ continentur. Sed quia ipſi & potentias, & partes animæ negauerunt, non poſſunt hac prima ratione abſolui, quin iuſta obiurgatione reprehendantur.

Reſiſtentibus Auerroiſtis, q partes animæ non agnoſcũt.

Vnum pluriſariam dici: & rationem atq; affectum ob repugnantiam inuicem differre, ac diſſidere.

CAP. II.

VErum, vt ab incepto officio non diſcedamus, ne eorum decreta pereant abſque ſuffragio, tentemus, moliamurque, an ab ea vnitate, quam ipſi poſuerunt, poſſent ſe aliquo modo tueri. Vnum pluriſariam dicitur: aut q, in rebus repertum eſt: aut quod in ratione: quod in reb. repertum

eſt,aliud dicitur per ſe, aliud per accidens: per ſe quidem dicitur vnum, quando plura ſe inuicem contingunt: & hæc aut ſunt à natura, vt oſſa in brachio: aut ab arte, vt lignorum ſarcina, & coniuges in pauimento. Item ſubiecto & quantitate, vt auri virga: genere, vt homo, bos: definitione, vt veſtis, & tunica: indiuiſibilitate, vt atomus, dæmon: partium ordine, vt calceus, ephippium: item proportione: & hoc quidem modo ad vnum, modo ad plura refertur: ad vnum, vt medicamenta, & ea quæ ſunt ſalubria, quoniam ad vnum videlicet animal referuntur: ad plura, vt tranquillitas quæ ad mare, & ſerenitas, quæ ad aerem refertur. Per accidens vero diuiduntur ea, quæ in vniuerſum ſunt, vt animal album, vel homo albus: & ea quæ ſunt per partes, vt Socrates ſapiens: item ex comparatione, vt albus ad muſicum: ratiocinio, vt vnum numero, vt Zeno: ſpecie, vt homo: genere, vt animal. Accedunt præterea actiones, vt cum plures attrahunt rete: item cum ab vno plures patiuntur, vt populus, vel plures domini vnius ciuitatis: rurſus colore, vt plures homines albi: & plures atri Æthiopes. Ex quibuſdam igitur earum, quas appinximus, vnitatibus, non eſſet omnino mentita ipſorum ratio, ſi dixiſſent affectum & rationem eſſe idem: perinde vt populus, qui ab vno regitur: nam ab anima tanquam ab vno principe reguntur affectus, & ratio; nec eſſet etiam diſſentaneum, ſi dixiſſent, vnum tanquam plures aliquid vnum habentes, vt plures domini vnius ciuitatis, aut ſi tanquã ab vno principio fluerent, atque in eo ipſo inniterentur. Verum quia in eam ſententiam feruntur, vt potius videantur innuere illud vnum eſſe etiam idem, ſublata penitus differentia, quod nouo quodam vocabulo identitatem nonnulli appellant, non poſſunt euadere, quin taxentur, redarguanturque, cum in homine ratio & mens maxime differre videantur in eo, quod eſt habere, quod ex vtriuſque actu datur percipi: nam amborum actus eſt veritas vnius, videlicet ipſam comprehendere, alterius vero ratiocinando procedere. Quin pars illa cupiditatis, quæ à ſenſu prouenit, differt maxime ab ea, quæ ratione percipitur: indiciũ eſt, quod ea, quæ apprehenduntur, diuerſa ſunt, vt patet ex amborum actibus: cum aptetur, claudaturque affectus omnis in parte illa, qua cupimus & iraſcimur, non in ea, qua ratiocinamur, & ſapimus; cuius proprium munus eſt intelligere, & velle, quod in ipſa animi eſſentia, tanquã in ſubiecto, formatur: reliquæ vero partes in toto compoſito, quo extincto, atque abolito, tanquam ipſius aduentitia (& vt hodie loquimur) accidentia euaneſcunt, & cum ipſo corpore intereunt. Hinc ait autor ipſe: Reſpondebimus quidem primum hoc eſſe præter euidentiam, & etiam præter ſenſum, cum nemo in ſeipſo ſentiat mutationem partis, quæ obtemperat appetitui, ad eam, quæ iudicat: neque rurſus illius partis, quæ iudicat, ad eam partem, quæ appetit & concupiſcit: non enim

Ex actu partes diuerſas eſſe affectum & rationem probatur.

quis

quis deſiſtit amare, cum primum conſiderat & ratiocinatur, comprimendum eſſe amorem: & aduerſus eum eſſe pugnandum, neque rurſus abducitur à ratiocinio, & iudicio, quando eneruatus, atque emollitus à cupiditate ſuccumbit: ſed oppugnans affectum duce ratione, manet adhuc in ipſo affectu, & victus ſuperatusque ab affectu, auſpicio rationis partem illam, quæ peccat, intuetur; vnde neque affectu cogitationem aufert, neque ratiocinando ab affectu diſcedit, ſed potius ductus modo huc, modo illuc amborum eſt medius, communis & particeps. Subdit præterea: eos, qui principem partem animæ putant, nunc appetitum eſſe, nunc partem appetitui aduerſantem, nihilo minus peccare, quam ſi putent venatorem, & feram non duo eſſe, ſed vnum: & idem corpus mutatione vtens inſtar Protei modo feram, modo venatorem fieri. Cum nemo ſit, qui ignoret affectus moueri ab ea parte animæ, qua cogitamus: non tamen ab eadem gubernari, & dirigi, ſed à recta ratione: quare abſurdum eſt dicere, idem eſſe mouens & motum, dirigens & directum, gubernans & gubernatum. Quo fit, vt illi quidem contemnant id, quod eſt euidens, hi vero teſtimonium afferant contra ſenſum: cum in ſeipſis ſentiant non vnius mutationem, ſed ſimul duorum pugnam & diſcordiam. Verum vt aliquo ſe argumento tueantur, interrogant: nonne ea pars animæ, quæ in deliberatione conſiſtit, ſi de vtili fuerit in conſultationem adducta, in varias contrariasque opiniones diſtrahitur? cum tamen vna pars ſit & non plures. Cui quidem percontationi reſpondebimus: omnino id quidem eſſe, non tamen id ſequi, vt eorum ratio non abſit à vero quã longiſſime. Non enim pugnat contra ſe pars ea animæ, quæ conſultat; ſed vna tantum vtens facultate ac vi, diuerſas & varias cogitationes attingit: immo potius vna tantum cogitatio eſt diuerſis in rebus, tanquam in diuerſis materiis. Quare in illis cogitationibus, quæ ſunt ſine affectu, nulla prorſus moleſtia ineſt: neq; ii, qui præter ſententiam & tanquam coacti alterum eligunt, id agerent, niſi lateret aliquis affectus à corpore pendens: veluti iugo coniunctus. Etenim hoc plerunque contingit, non tamen repugnantia cogitationis aduerſus cogitationem, ſed ambitione, aut contentione, aut gratia, aut ſubtractione, aut metu eunte obuiam, vt exiſtimetur, duarum cogitationum eſſe controuerſiam, quam in his verbis intueri licet: ait enim Homerus in Iliade:

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.

Hoc eſt: *Pudebat quidem eos negare: ac timebant polliceri.* Et, Occidi quidem graue eſt: gloriam tamen affert: Nolle mori, turpe: ineſt tamen in viuendo voluptas. Atque circa iudicia rerum contrahendarum ſi intercidunt affectus, plurimam afferunt & diſputationem & moram: ſic etiam in conſiliis, quę dantur regibus, ii, qui in gratiam loquuntur, & *Pugna hominis interioris.*

 adulan-

adulantur, non alteri duarum ſententiarum aſſentiuntur: ſed certo cuidam affectui addicuntur, aliter quam ratio vtilitatis expoſtulat. Iccirco in republica optimatum Principes ciuitatis prohibent, ne affectus aliquos moueant oratores. Nam Areopagitæ etiam per præconem iubebant, ne cauſarum patroni extra rem aliquid in iudicio dicerent; cum non expediat (vt Ariſtoteles ait) in iram, aut miſericordiam impellere iudices, ne iis ſimiles ſint, qui eam, qua vſuri ſunt, regulam inflectunt. Huic etiam adſtipulatur Fabius Quintilianus in oratoriis inſtitutionibus: *Quemadmodum* (inquit) *amantes de forma iudicare non poſſunt, quia ſenſum oculorum premit amor: ita omnem inquirendæ veritatis rationem iudex amittit occupatus affectibus.* Quapropter apud noſtrum Plutarchum Ratio affectu carens prona ſemper fertur ad iuſtum, cum vero affectus accedit, ea pars quæ lætatur, & ea quæ dolet, diſſident inter ſe, & pugnam faciunt aduerſus iudicium & conſultationem. Nam cur in quæſtionib. Philoſophiæ ſine aliquo mentis tumultu & moleſtia, immo potius cum voluptate affectus deponuntur? nulla videlicet alia de cauſa: niſi quia in ea parte animæ, quæ in rerum contemplatione verſatur, nullus eſt qui repugnet affectus: ſed ſedata certe, & non curioſa pars illa irrationalis eſt in eo genere rerum. Quare ratio (cum ſibi offertur id quod eſt verum) reiiciens libenter falſum, ab ipſo falſo declinat: quoniam ea pars, cui ſuadetur, diſſuadeturque, non in alia parte, ſed in ipſa ratione conſiſtit. Verum conſilia & iudicia in rebus agendis, & adminiſtratio vulgi cum ſubiaceant affectibus, diſſenſionem & difficultatem rationi dant: quia irrationalis pars voluptate, aut metu, aut moleſtia, aut cupiditate, rationem perturbat.

Quomodo perturbetur ratio, & ſenſus quaſi forum ſit, in quo ipſa iudicat, & internoſcit.

Cap. III.

Prima rationis actio, in qua non fallitur.

SEd vt apertior fiat autoris ſententia, probeque innoteſcat, quonam pacto ratio perturbetur, annectamus, moliamurque actiones rationis: quæ trifariam diuiduntur. Prima quidem actio eſt, qua ratio apprehendit omnia ſimplicia, & obiecta rerum à ſenſibus, à quibus edocta interquieſcit, nil vltra progrediens: hæc quidem nunquam decipitur, quoniam deceptio circa obiectum proprium non accidit, ſed circa id, quod ipſi annectitur: quemadmodum enim viſus non poteſt decipi circa id, quod eſt coloratum, aut viſile, ita ratio non poteſt decipi, dum apprehendit eſ-

ſentias

eſſentias rerum. At ſi colorato, aut viſili coniungitur homo, aut quodcunq; animal, aut aliquod aliud, poteſt contingere, vt viſus fallatur: ita ſi addatur obiectui eſſe, vel non eſſe, vel aliquod huiuſmodi, continget facile, vt ipſa ratio aberret. Igitur in prima actione non decipitur ratio, niſi vltra progrediatur, vt ſi aliquis meditabitur equum, non poteſt ibi eſſe deceptio, cum ſimplex meditatio ſit, verum ſi connectitur ei aliquid, cum quis pro ſuo arbitratu poſſit meditari, ſitne debilis equus, an robuſtus, ferox, an mitis, tunc illa actio, cum amplius procedat, non dicetur prima, ſed à prima proxima: cuius munus eſt apprehenſa componere atque diuidere, & ea inter ſe bene, aut male concinnare: ibi enim verum continetur, & falſum. Quare in prima actione nunquam fallitur ratio, in proxima vero quandoque. Tertia eſt: qua ratio ipſa conceptus, & apprehenſa cognoſcit percurſione quadam: quam Græci διάνοιαν nuncupant: eſt autem διάνοια percurſio & ratiocinatio, qua dum munus notionis obimus, diſtamus à ſeparatis ſubſtantiis: quæ non intelligunt ratiocinio, vt homo, ſed acie tantummodo mentis. Itaque deſeruit prima functio rationis functioni, quæ proxima eſt: quia ſi prima conceptus ſimplices non arriperet, non poſſet proxima eos componere: ſub qua quidem compoſitione percurrit ratio, vt exempli gratia, ſi quiſpiam meditabitur coruum, & cum eo nigrum, concipietque etiam niuem, & cum ea candorem, quoniam cum compoſitiones huiuſmodi ſimplicibus conceptionibus ratiocinando congruũt, elicit ratio verum: videlicet quemlibet coruum eſſe nigrum, niuem vero candidam: at ſi contra, eliciet falſum. Super his igitur percurrens ratio negociatur, nunc recte incedens, nunc aberrans: aberrat autem, dum falſa pro veris aſſumit, aut apparens bonum pro eo, quod eſt abſolute bonum: non tamen (vt illi aiunt) tanquam ratio ſimplex, ſed tanquam oppreſſa ab affectibus, quibus eſt iugata: ſiquidem ipſi affectus ad ſedem vſq; rationis commeant, eamq; aut leniter titillãdo ducunt ad voluptatem, aut acriter pulſando impellunt ad turpia. Verum aſſurgit aliquando ipſa ratio, & in hominib. bene conſtitutis ſæpiſſime, affectusq; ipſos conculcat & reprimit, atq; ipſis ſenſibus præſidet, & tanquam prætor iudicat, præſcribitq;, quid ſequendum, quidve fugiendũ ſit. Vnde Plutarchus ipſe ait, Rationem perturbari quandoq;, & etiam reiicere falſum, quando ſibi offertur verum, & ſenſum quidem vtrunq; contrariorũ attingere, & eſſe quaſi forum. Concinne profecto ſenſum compatauit foro; nam quemadmodũ lites tractantur in foro ante iudicem, ita ab exteriorib. ſenſib. afferuntur communi ſenſui contraria obiecta, tanquã in foro. In hoc tamẽ hæc duo differunt, q, ſenſus non admittit res, quemadmodum forum, ſed admittit tantũ ſimulacra, & ſpecies citra materiam: eſtque ex eo genere rerum, quæ non afficiuntur

Secunda actio rationis.

Tertia actio rationis.

Sola ratio nunquam bonum deſerit: ſed affectu titillante, aut impellente voluptatem, & turpia eligit.

Senſus communis foro comparatur, in quo ſedet Ratio, cõtraria obiecta ſenſuum exteriorum diiudicans.

affe-

affectione naturæ, ſed potius affectione formæ, quam ſpiritalem nuncupant noſtrates Philoſophi. Non enim eodem pacto ſe habet forma in ſenſu, & in re ipſa, dum patitur, aut ſi lignum afficiatur ab igne, quoniam patitur affectione naturæ, non modo admittit formam ignis, verum efficitur eius materia: perinde vt ea, quæ erat ſub igne, non tamen eadem numero, ſed fere eadem ob ignem acquiſitum ab affectione naturæ. Sed non eodem modo reſpondet in re citra materiam, quæ comparatur nummo dum cuditur: nam aurum, aut æs, ex quo nummus efficitur, non admittit ferrum, à quo patitur, nec ei ſimilis efficitur, ſed accipit tantum imaginem effigiatam in ferro illo cuſſorio. Sic etiam fit in iis, quæ ad ſenſum pertinent: ſiquidem guſtus afficitur à pomo, non tamen in eo, quod pomum eſt, ſed in eo quod ſapidum, & viſus à re viſa, tanquam colorata. Quare cum quælibet poteſtas admittat obiectum proprium, vt viſus coloratum ſeu viſile, & guſtus ſapidum, contineanturque ſub obiecto contraria, vt ſub obiectu viſus album, & nigrum, & ſub obiectu guſtus dulce & amarum, neceſſe eſt, vt ſenſus, cui huiuſmodi obiecta contraria proportionata (vt hodie dicunt) obiiciuntur, contraria attingat. Ideo dixit ſenſus ipſos vtrumque contrariorum attingere, & eſſe quaſi forum, in quo ratio iudicat & internoſcit. Quæ apud Plutarchum poſt hæc ſequuntur, quia facilia ſunt, ideo à nobis non temere omittuntur.

Rationem atque affectum idem non eſſe, ex eorum conſenſu, atque alterutrius obſequio probari.

CAP. IV.

Onſtitit autem ex iis, quæ dicta ſunt hactenus, rationem ab affectu differre ob repugnantiam: nunc etiam illud idem autor oſtendit, ab obſequio & conſenſu. Prima quidem ratio eſt, quod ſæpenumero accidit, diligi quempiam ab aliquo virtutis gratia, ac merito: contingit etiam poſtmodum prauum, atque intemperantem ab eodem amari: quod plane arguit, duas eſſe partes: alteram qua virtus, alteram qua vitium diligitur: & illa quidem ratio recta dicetur: hæc vero affectus. Ergo duo erunt dilectionis principia, quoniam duos oppoſitos effectus abſque aliquo medio, & per ſe, & vndequaque abſolute ab eodem prodire principio, impoſſibile eſt. Noſtri tamen muneris erit ferre autori ſuppetias, ne ipſius ratio labefactetur: eo argumento, quia potentia, quæ rationis eſt compos, poteſt ſe ad oppoſita ferre, cum quiſque pro arbitrio ſuo valeat bonum & malum ſequi, Cui argumento facile reſpondemus, quod licet voluntas videatur,

Ex conſenſu atq; obſequio conſtat, rationem diuerſam eſſe à ſenſu. Quia oppoſita non poſſunt prodire ab eodem principio per ſe, abſque medio, & abſolute.

Digitized by Google

videatur vnum; duo tamen neceſſario erunt principia motus ipſius voluntatis ad oppoſita: cum aliud quidem principium ſit, quo mouetur ad bonum: aliud autem, quo mouetur ad malum. Præterea diximus: non poſſe oppoſitos effectus prodire per ſe, & abſque aliquo medio, & vndequaque abſolute. Nam ex accidenti nihil eſt, quod prohibeat bonum, & malum ab eodem prouenire principio, vt cum iuſſu iudicis fur ſuſpenditur: bonum enim eſt per ſe exequi ſancita, malum autem perdere hominem: ſed malum illud non per ſe, ſed ex euentu accidit, quoniam ſuſpenditur aliquis non quia homo, ſed quia fur; contingit autem homini eſſe furem. Præterea diximus, abſque medio: ſiquidem à terra poteſt ignis & aqua prodire, exhalatio autem, quæ è terra aſpirat, ſi arida eſt, in ignem conuertitur: ſi humida, in aquam: ſed non niſi intercedente aeris qualitate, atque aſpirationum diuerſitate. Etenim aer tripartito diuiditur: prima quidem pars tepida eſt: media algida: ſuprema feruida: in tepida ros, & pruina denſantur: in frigida, nubes: in poſtrema, trabes, cometæ, & ignita omnia generantur: quæ quidem contraria, licet ab eodem principio oriri videantur, non tamen abſque medio, nec in eodem loco procreantur. Item diximus vndequaque abſolute, cum præſentia gubernatoris conſeruetur nauis, abſentia vero ſubmergatur. Quin materiæ etiam diuerſæ ab eodem poſſunt principio diuerſo quodam modo mutari, vt ab eodem Sole congelata liqueſcere, & liquida coire: vt cum lutum à Sole denſatur, & cera liqueſcit. Sed qui virtute præditus eſt, ob virtutem, probitatemque diligitur: qui vero eſt vitiis refertus, manifeſta oppoſitione diligitur: quare à diuerſo principio amor ille procedit. Subdit præterea, contingere quandoque non iure vti ira aduerſus filios & parentes, contingere etiam iure pro filiis & parentibus, aduerſus hoſtes, & tyrannos iraſci. Quod quidem duo eſſe principia, plane oſtendit: alterum quo iraſcimur contra eos, alterum quo pro eiſdem digladiamur: nam iraſci contra quempiam, & pro eodem digladiari, ac ſe morti ſummittere, contraria quidem ſunt; contraria enim cum ſe inuicem perimant, in eodem ſubiecto eſſe non poſſunt. Sed dicet quiſpiam; nonne algor & calor ſe inuicem perimunt? & tamen in eadem manu eſſe contingit; verum ſi in eadem manu poſſunt eſſe illa contraria, non tamen in eadem parte manus. Duæ igitur erunt partes, vna qua iraſcimur contra filios & parentes; altera, qua pro eis, ſi neceſſe eſſet, occumberemus. Iccirco euenire, ait autor: vt quemadmodum illic ſenſibilis eſt pugna affectus aduerſus rationem; ita hic percipiatur perſuaſio & aſſenſio, quoniam appetitus cū ratione congruit. Addit præterea, quod cum vir probus ſecundum leges & iura ducit vxorem, cogitat iuſte & temperanter cum ea degere & ſimul eſſe; tempore autem (pariente conſuetudine affectum) ſentit ad rationem acceſſiſſe

V etiam

Nam ex accidenti ab eodem principio bonum, & malum prouenire poteſt.

Sic in aere contraria generantur ex eodem principio, ſed non abſque medio.

modeſtia) in infamem quendam etiam cum ſtomacho iocatus hoc diſticho eſt.

Ægrotat ſedis vitio, & male Quintius audit,
Quid ſi eſſet ſurdis Quintius auriculis?

Sunt & alia commenta, quæ fortaſſe non ita recte poſſunt dici captiones: ſed quia fouentur mendaciis, inter ſophiſticas molitiones ea autor poſuit, quia ipſas res deſerunt, & ad commentitia verba confugiunt: nam erubeſcentiam à turpitudine ortam obſeruantiam appellāt, lætitiam autem geſtientem honeſtum gaudium: timorem vero conſilium cauendi, cum nemo ſit, qui hanc gloriam, quam ipſi ſibi arrogant, refellat. Genus autem oſtentationis ſophiſticæ eſt, quia vitia excuſantur ſub virtutis ſpecie, vt ſi is, qui ſuperbia tumet, magnanimus appelletur: aut ſi crudelis, immanisque, dicatur fortis: timidus vero, cautus, auarus, frugi: prodigus atque profuſus benignus. Quod quidem nihil aliud eſt, quam virtutes (vt ait Flaccus) inuertere, & ſyncerum vas liquore malo inficere. Quapropter ait Plutarchus, eos ſic aptare nomina, vt ipſos affectus, qui rationi obtemperant, honeſtis his nōminibus, contrariis vero affectus repugnantes, & vim rationi afferentes appellent. Cætera, quæ ſequuntur, conſulto ob facilitatem relinquimus.

Vtrum peccata ſint paria.

Cap. VI.

Diluere autem, & confutare rationes eorum, qui dicunt, paria eſſe peccata, & an aliquo pacto ipſum verum negligant, nunc oſtendere non eſt opportunum. Noſtræ tamen partes erunt, ea quæ autor innuit, tantum protrahere, vt condiſcantur. Itaque primum ponenda erit Stoicorum opinio, qui dabant inter peccata diſtantiam, in ea tantummodo parte, ex qua manat euentus: vt perdere auri nauem aut paleæ in inſcitia gubernatoris nauium nihil intereſſe dicebant: ſicut in raptu proſtitutæ aut virginis, quamuis nemo de proſtituta quereretur: metiebantur etenim peccata non ab euentu rerum, ſed à tranſgreſſu vetiti: quoniam putabant peccare, nihil aliud eſſe, niſi rationis lineam tranſilire: parumne an multum quis tranſiliat, in eadem culpa eſſe, dicebant. Illud etiam affirmabant, peccati proprium eſſe, agere quod non licet, & illud quidem ſemper vnum atque idem eſſe: hinc vno eodemque modo qui peccant, reprehenduntur, ideo paria eſſe cenſebant. Dicebant etiam, peccata virtutibus opponi: oppoſitorum autem eam eſſe naturam, vt quod de vno oppoſito dicitur, de altero dicatur. Quare cum virtutes ſe inuicem comitentur, vt non dicatur bono vi-

Stoici non ab euentu rerum, ſed à tranſgreſſione recti metiebantur peccata.

proinde peccata omnia paria eſſe.

Digitized by Google

no viro melior, pares eſſe inter ſe fatendum eſt: paria ergo erunt peccata, cum ſint ipſis virtutibus oppoſita. In cauſa autem illud fuit, vt hæc opinarentur, quod receſſus à rationis linea nihil aliud eſſe affirmabant, quam virtutis priuationem, priuatio autem non accipit redundantiam & defectum: nam qui vita priuantur, quamuis in diuerſis temporibus, non tamen alius alio dicetur magis mortuus. Simili ratione qui peccat, virtute ſe priuat: priuatio autem ſemper æqualis eſt: æqualia ergo putabant eſſe peccata. At ſi nos rem diligentius intuebimur, inueniemus priuationem bifariam intelligi: alteram quidem abſolutam & ſimplicem, quæ eſt penitus expers oppoſiti habitus, & conſiſtit in omnino non eſſe, vt de morte nunc diximus, in qua nulla pars vitæ prorſus iugata eſt: alteram vero non ſimplicem, quæ non conſiſtit in omnino non eſſe, quamuis in abolitionem vergat, & feſtinet, vt valetudo, deformitas, & ſimilia iis, cum quibus pars aliqua oppoſiti habitus annectitur: nullus enim dicitur æger, qui ſit penitus expers ſanitatis, aut adeo deformis, vt vndequaque videatur turpiſſimus. Aſſumpſerunt igitur Stoici priuationem illam abſolute conſideratam, non hanc, quæ accipit nimium & parum. Præterea cum malum etiam duplex ſit: aliud per ſe: aliud ex euentu, vt cernere eſt in ſingulari certamine, dum pugnaturi in area incluſi decertant, malum certe dicetur eſſe per ſe, cum alter alterum aut fauciat, aut ab equo deturbat, aut quocunque modo male accipit. Sed tranſire lineam, qua clauduntur pugnantes, non per ſe malum eſt, ſed ex euentu, & pacto. Quare cum pugnaturus limitem conſtitutum tranſgreditur, ſiue parum ſiue multum tranſgrediatur, æque culpatur, quapropter porrigere illico alteri herbam cogitur, ſeruusque pugnæ efficitur. Verum in virtutibus, & vitiis ratio hæc non commeat, quoniã virtutes abſolute & per ſe bonæ ſunt, vitia autem mala: non enim ex pacto, aut ab euentu proueniunt, hac de cauſa poſſunt modo parum, modo plus nimio deprauari. Siquidem in medio vitiorum virtutes ſunt conſtitutione & numero, non autem diſtantia, vt liberalitas, quæ longiori quidem interuallo recedit ab auaritia, quam à prodigentia, quippe prodigus quamuis ſine delectu & ratione largiatur, tamen prodeſt perinde vt liberalis, auarus autem neque largitur, neque prodeſt. Fortis etiam maiori tractu diſtat à timido, quam ab ipſo forti audax; ambo enim audent, alter quandoque, alter ſemper. Item à ſtupido temperãs, quoniam hic fruitur quandoque voluptate aliqua, ille vero nunquam. Non igitur paria ſunt inter ſe vitia, quia non æque diſtant à medio. Affirmat hoc proloquium; Quæcunque vni & eidem ſunt æqualia, inter ſe ſunt æqualia, ſed vitia non ſunt ipſi virtuti æqualia; non erunt ergo inter ſe æqualia, ſed neque virtutes; nam cauſa eſt ſemper effectione præſtantior; effectio autem quanto eſt propinquior cauſæ præſtantiori,

Priuatio duplex, altera abſoluta, altera non abſoluta, neq; ſimplex.

Stoici priuationem ſimplicem aſſumpſerunt.

Virtutes non æque diſtant à medio: iccirco peccata non ſunt paria.

Digitized by Google

tanto dicitur perfectior. Igitur ratio cum ſit radix, & auriga virtutum, prudentia, quæ rationi connectitur, perfectior eſt cæteris virtutibus, & iuſtitia quæ conſiſtit in voluntate, præfertur fortitudini, fortitudo vero temperantiæ: ſedet enim fortitudo in parte illa qua iraſcimur, temperantia vero in ea, qua cupimus: ſiquidem ira rationi propinquior eſt voluptate; quare inter ſe æquales non ſunt. Sed arbitror, Plutarchum innuere hoc tantum voluiſſe, vt alii ea de re copioſius deinde ratiocinarentur. Iccirco ait: nunc oſtendere non eſt opportunum. Pleraque autem valde videntur rationi (præter id, quod apparet) repugnare; deinde applicuit ſe hiſtoriæ: eorum (inquit) iudicio omnis affectus peccatum eſt, vt quicunque moleſtia afficiatur, aut metu, aut appetitu, peccare exiſtimetur. Differentiæ tamen magnæ cernuntur horum affectuum exuberantia & egeſtate. Nam quis parem exiſtimet Dolonis, & Aiacis metum? qui, non curſu præcipiti à pugna, ſed pedetentim cedendo (vt ait Homerus) genua commouebat. Eſt enim in rapſodia, hoc eſt, in Homeri decimo, Hectora intuentem Troianos in dextro cornu intertur-bátos ab Aiace Telamonio, in hominem adegiſſe currum per cadauera: quapropter Aiax proiecto poſt tergum ſcuto, cedendo paulatim ſe vertit.

Virtutes alia aliis potiores.

& affectus inter ſe differunt,

vt Dolonis & Aiacis timor.

Ἐντροπαλιζόμενος ὀλίγον γόνυ γουνὸς ἀμείβων.

Hoc eſt, *Conuerſus retro, modico gradu genua commutando abibat.* Dolon vero cum ad Græcorum naues exploraturus pergeret, vidit poſt terga duos, qui ipſum ſequebantur, priuſque ſubſtitit, ſperans poſt ſe aliquos iuſſu Hectoris eiuſdem rei gratia proficiſci. Deinde cum propius quam ad teli iactum appropinquaſſent, cognouit eos eſſe hoſtes: quare agitatu celeri ſe fugæ commiſit.

Γνῶ ῥ' ἄνδρας δηΐους, λαιψηρὰ δὲ γούνατ' ἐνώμα
φευγέμεναι.

Hoc eſt, *Cognouit viros hoſtes, velocia genua mouens fugit.* Rurſus ait autor: Quis putet dolorem Platonis ex morte Socratis parem illi, quem ceperat Alexander ex interitu Clyti? qui euſq; doluit, vt parum abfuerit, quin ipſe ſibi mortem conſciſceret. Erat enim Clytus veteranus eques ex famulitio Philippi, optime de Alexandro meritus, tum quia pugnantem Alexandrum detecto capite texit, manumq; hoſti parantem Regi exitium amputauit, tum etiam quia eius ſoror Helanice haud ſecus, quam pia mater, Regem educauerat. Verum ſolenni quodam die cum Rex eum in conuiuium adhibuiſſet, incaluiſſetque vterque vino, (vt plerunque in illis regionibus accidit) cœpit Rex glorioſius, quam decebat, loqui, ac ſe patri præferre, & Macedones carpere, tanquam formidoloſos, carminaque ipſis inuiſa à poeta quodam in contumeliam eorum edita cani, iubebat. Quæ omnia cum Clytus ægerrime tuliſſet, proca-

& dolor Platonis & Alexandri.

Digitized by Google

procacior factus licentia conuiuali: ***Formido hæc*** (inquit) ***O Rex, te euexit ad Deos, teque vertentem terga gladio Spintridatis neci eripuit.*** Felices, quibus ante mori contigit, quam ***à ſe victos aſpicerent obſecrari, vt à te accipiantur, quorum virtute viciſti.*** Cui Alexander: ***Tune hæc in me nefandum caput impingis?*** & cum dicto proiecit malum in faciem Clyti, ac telum quo ipſum confoderet, perquirebat. Quod quidem Ariſtophanes animaduertens, Regem excandeſcentem, laceſſitumque amouit. Tunc conuiuæ Clytum è triclinio expulerunt: qui procedens Iambicum illud ex Andromache inſuſurrauit.

Οἴμοι καθ' ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται,
Ὅταν τροπαῖα πολεμίων στήσῃ στρατὸς,
Οὐ τῶν πονούντων τοὔργον ἡγοῦνται τόδε,
Ἀλλ' ὁ στρατηγὸς τὴν δόκησιν ἄρνυται,
Ὃς εἷς μετ' ἄλλων μυρίων πάλλων δόρυ,
Οὐδὲν πλέον δρῶν ἑνὸς ἔχει πλείω λόγον.

Hei mihi quam male agitur in Græcia, dum hoſtium trophæa conſtituuntur, datur enim gloria non merenti: nam qui ducit exercitum, non magis quam vnus ex omnibus in hoſtes telum dirigit, & tamen ſolus nomen ſibi vendicat & famam. Quæ quidem verba vſque adeo concitauerunt Alexandrum, vt è manu ſatellitis telum furenti ſimilis eripuerit: conuiuæ autem abiectis ferculis conſurrexerunt complectentes Regem, atque vna cum iis, qui aderant, rogauerunt, vt in craſtinum pœnam differret: quibus Rex nihil reſpondit, ſed iratus iuſſit dari ſignum militibus, vt arma caperent, vociferans, ſe ab amicis comprehenſum: explicitus tandem telum, quod à ſatellite eripuerat, in manu tenens, conſtitit ante oſtium, per quod neceſſe erat omnibus egredi. Cumque conuiuarum poſtremus ſine lumine infelix Clytus exiret, interrogatus à Rege, quiſnam eſſet? Clytum conuiuam eſſe reſpondit, quem Rex illico transfixit: ille clamore edito corruit. Rex itaq; diſcuſſo feruore, & ſuffecta in locum iræ pœnitentia cœpit ſeipſum inceſſere, quod ſtrenuum, quod ſeruatorem, quod innocentem hominem, quod nutricis ſuæ fratrem interemiſſet; aſpiciens tandem veſtem ſanguine tinctam mori conſtituit: quare haſtam è vulnere iacentis auulſam in ſuum iugulū conuertit, perfeciſſetq; nefas, niſi vigiles haſtam ex eius manibus eripuiſſent. Igitur feſtinantes conſtituerunt eum intra cubiculum deferre. Sed Rex faciem vnguibus fœdās obteſtabatur, ne ſe tanto ſcelere fœdatum viuere paterentur: incluſus itaq; ploranſq; dicebat: Solus ego ſuperſum nunc, quem limis oculis contueatur miſera nutrix mea. Poſtero die feſſus emittebat tantummodo gemitus, deinde iacuit ſine voce, vt inedia vitā finiret. Sed q adérant, ob ſilentium ſuſpecti irruerunt in cubiculū, affirmantes, Clytū propter nimiam deblaterandi licentiam in ſuum præſertim Principē iure occi-

ſum,

Digitized by Google

ſum,alii ob fatum iam antea præuiſum prodigiis. Caliſtenes poſtea admiſſus eſt,& Anaxarchus; ſed Caliſtenes rationibus, Anaxarchus vero iurgiis cœperunt mœroris partem minuere,deinde alii precibus impetrarunt, vt cibum ſumeret. Poſt hæc idem autor ait: Nonne plane perſpicuum eſt,intendi moleſtias, augerique non parum, ſi eueniat aliquid præter ſpem & præter quam æquum eſt? Et id, quod euenit præter ſpem & contra rationem, acerbius eſt eo, quod ex ratione, atq; ex opinione accidit, vt ſi quis ſperet, & expectet quempiam futurum ita felicem, vt ſit omnibus admirationi,& contra accidat, quemadmodum Parmenio pater Philotam vidit tormentis affectum. Siquidem Philotas tantæ expectationis apud Macedones erat,vt mereretur à patre moneri, Ne ſe tam præſtantem oſtenderet: timebat enim ille inuidiam non modo familiarium, verum etiam Principis. Cum autem ea tempeſtate Macedo quidam nomine Dinnus Alexandro inſidias ſtruxiſſet, eas cuidam adoleſcenti patefecit, qui mox fratri id omne aperuit: frater regiam adiit, ibique dum expectat, per quem ad regem introducatur,forte ei Philotas occurrit:cui hæc omnia narrat regi ſtatim nuncianda, quo ſuæ rex ſaluti conſuleret. Philotas laudata huius fide, regem adit: tamen ſiue accuſatorem aſpernatus,ſiue quid aliud cogitãs, nihil omnino Regi nunciat, egrediensque cauſatur regem maiora agitate. Ille per alium Regi hoc ſignificat.Rex Philotam mittit,vt Dinnum caperet: quem Philotas reluctantem,aut ſe defendentem occidit.Quapropter Alexander exiſtimauit, Philotam eo conſilio reum obtruncaſſe, vt ipſius inſidiæ tegerentur: quare tortoribus traditur, qui ante oculos eius ſæuiſſima tormenta proponunt. Ille vltro ait: *Quid quæſtione opus eſt? volui,cogitaui,feci, quid ergo ceſſatis confitentem occidere?* Craterus autem vtpote Philotæ inimicus dictitabat: oportere eum dicere in tormentis,quæ vltro confitebatur. Exutus igitur laceratur igne, verberibus,tormentisque aliis,non ad veritatem exquirendam,ſed ad pœnã. Tandem intumeſcente corpore ictibus,pollicitus eſt dicere, quæ expeterent: ſicque ad Craterum conuerſus ait, dic tu quid me velis dicere? ille indignatus iuſſit tortoribus renouare ea,quæ cœperant. Philotas vero dilationem petiit, vt ſpiritum reciperet,dicturus poſtea cuncta, quæ nouerat. Denique in tormentis mortuus eſt. Anceps coniectura eſt: verine ſceleris fuerit reus, an voluerit ſe mendacio & confeſſione liberari. Ait præterea autor: Quis dicat aut putet æqua ira exarſiſſe Nicocreontem aduerſus Anaxarchum, à quo cum eſſet ipſe laceſſitus, vſque adeo ſæuiit,vt eum malleis ferreis in pila contundi iuſſerit: & Magam aduerſus Philemonem,in quem nihil aliud ille ſtatuit, nisi vt lictor diſtrictum gladium eius ceruici apponeret, eumque mox remoto gladio incolumem dimitteret. De Anaxarchi pœna breuiter locutus eſt autor,

Exempla extremæ iræ.

Crateri aduerſus Philotam, &

Nicocreontis aduerſus Anaxarchum.

Digitized by Google

tor, tanquam de re illis temporibus nota: eius quoque pœnam in Ibin imprecatus eſt Naſo, inquiens:

Aut vt Anaxarchus pila minuaris in alta,
Iactaq; pro ſolitis frugibus oſſa ſonent.

Sed ne hic, quam meruit, laude fraudetur, fuit quidam vir maximæ authoritatis in emendandis hominum erroribus, vt ne Alexandro quidem parceret, ſi res ipſa poſtularet: nam cum eum, qui ſe Deum eſſe profitebatur, ſaucium vidiſſet, oſtendens digito vulnus ait: ***O Rex ſanguis iſte non eſt diuinus.*** Item alias, cum vidiſſet in menſa Alexandri calicem, dixit: ***Calix hic aliquando Deos feriet.*** Nicocreontem vtpote Cypri tyrannum inimicum habuit, qui poſt mortem Alexandri Regis cum Anaxarchus naufragus in Cyprum eſſet delatus, iuſſit eum malleis ferreis in pila contundi, qui tanta patientia genus illud cruciatus pertulit, vt non modo non deprecaretur pœnam, ſed contemneret. Quare ad tyrannum cõuerſus ait: ***Tunde, tunde Anaxarchi follem, cum Anaxarchum lædere non valeas.*** Illo autem iubente linguam præcidi, iuſſionem illico præuenit, præciſamque mordicus linguam in faciem tyranni expuit.

De Ira.

CAP. VII.

SEd ad rem iam redeamus, non enim mores Philoſophorũ, ſed placita deſcribimus. Platonem Plutarchus inquit exiſtimaſſe, eundem locum obtinere in animo iram, quem in arcu neruus obtineat: nam auſteritate & amaritudine intenditur, manſuetudine vero relaxatur. Intenditur quidem contemptu, contumelia, taciturnitate, cachinno, & his ſimilibus: hebetatur autem tempore, ſucceſſu, voluptate, ioco, celebritate, & pœnitentia, ac poſtulatione veniæ laceſſentium. Sed ea ira, quæ concitatur à parte ſanguinis flauæ bili commiſta, in paruo tempore deſinit, ea vero quæ pedetentim, & quaſi lento quodam igne ſuccenditur, à ſanguine prouenit bili atræ commiſto. Hæc ira conſtantior eſt, & non poteſt in paruo tempore digeri humoris craſſitudine repugnante: quapropter qui ab ea afficiuntur, diu permanent in propoſito vlciſcendi, ſiquidem inueterata progreditur eodem modo, quo odium, vt cernere eſt in autoris exemplo. Maga enim non eſt proſecutus Philemonem odio, ſed excandeſcentia; ideoque cum primum habuit ipſum in poteſtate, collegit ſe, & tantum vlciſci poſſe contentus deſtitit. Nicocreon vero in Anaxarchum exercuit odium procreatum ab ira inueterata, ac fota ab atra bili: quare non potuit ſine dira vltione quieſcere. Sed ii, contra

Quibus rebus ira intendatur, remittaturve.

Quo humore magis aut minus cõcitetur, duret, euaneſcat.

Digitized by Google

quos hoc in opere agitur, vt intentiones affectuum vehementiaſque refellant, aiunt, has non fieri ſecundum iudicium, in quo quidem eſt pars illa, quæ peccat, ſed potius quaſdam eſſe deſinentias, contractiones, & remiſſiones, quæ accipiunt exceſſum, & defectum; quamuis & circa hoc videantur vel maximæ differentiæ. Nam paupertatem quidam cenſent eſſe non malum; nonnulli vero magnum; aliqui etiam maximum malum, vt ſe è rupibus deturbarent, aut in mare demergerent. De morte vero ea eſt ſententia, vt nonnulli aſſerant eſſe malum, quoniã priuet bonis, nonnulli, quoniam ſupplicijs perpetuis, & pœnis horrificis omnes apud inferos afficiat. Quæ poſt ſequuntur, quia per ſe patent, conſulto relinquimus.

Viuere quid.

CAP. VIII.

Alexander Aphrodiſeus quid ſit viuere, & an ſit expetendum, egregie determinat.

NOs autem, etſi diſputatio hæc non ita inuoluta eſt, vt operoſa explicatione egeat: tamen quia philoſophiam ſapit, adijciemus quæſtiunculam quandã Alexandri Aphrodiſæi dignã ſcitu: vt per ea, q̃ de vita aſſeruit, bonũne an malũ viuere ſit, intelligam.

Εἰ τὸ εὖ πλεῖν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακῶς κακὸν, τὸ πλεῖν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν. καὶ εἰ τὸ εὖ ζῆν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακῶς κακὸν, τὸ ζῆν οὔτ' ἀγαθὸν οὔτε κακόν. ἢ οὐκ ἀληθὲς τὸ τὰς δυνάμεις τῶν ἀντικειμένων ἀδιαφόρους εἶναι καὶ μέσας. πᾶσα γὰρ τοιαύτη δύναμις ἀγαθόν τι καὶ αἱρετὸν, τῷ σκοπὸν ἔχειν τὸ βέλτιον ὧν δύναται. τὸ χεῖρον γὰρ ἐν ταῖς δυνάμεσι τισι γίνεται καὶ κατὰ ἀποτυχίαν τινά. ὅσα τι γὰρ κατὰ τέχνην γίνεται τῶν τοιούτων τοῦ βελτίονος χάριν τῶν δυναμένων ἐν αὐτῷ γενέσθαι γίνεται. ὅσα τε κατὰ φύσιν ὁμοίως. τὸ γὰρ πλεῖν ὑπὸ τῆς κυβερνητικῆς τῆς εὐπλοΐας χάριν εὑρέθη. καὶ τὸ πρεῖν καλῶς. διὸ καὶ αἱρετὸν τῇ μὲν τὸ πλεῖν, τῇ δὲ τὸ πρεῖν. ὅτι χωρὶς τούτων οὐχ οἷόν τε ταύτης τοῦ προκειμένου τέλους τυχεῖν. οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν δι' ἀποτυχίαν τινὸς γινομένων ἐντινὶ ἡ κρίσις τῶν ὑποκειμένων, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὧν χάριν ἐστί τι καὶ γίνεται προηγουμένως. ὡς δ' ἐπὶ τῶν κατὰ τὰς τέχνας γινομένων ἔχει, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν κατὰ φύσιν. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων σκοπὸς τῇ φύσει τὸ βέλτιον τῶν δυναμένων ἀμφῶ. καὶ τούτου χάριν ἡ φύσις δίδωσιν αὐτό. ὅσα γὰρ μὴ οἷόν τε εὐθὺς ὑπὸ τῆς φύσεως γενόμενα τὴν οἰκείαν ἔχειν τελειότητα, τούτοις ἡ φύσις δίδωσι δύναμιν τοῦ τελείοις γενέσθαι. ἀδύνατον δ' ἐστὶ δύναμιν ἔχειν τινὸς μὴ καὶ τὸ ἀντικείμενον αὐτῷ δυνάμενον. ταύτῃ γὰρ δυνάμεις ἐνεργείας διαφέρει. διὸ εἰσὶ μὲν αἱ δυνάμεις προηγουμένως τῶν βελτιόνων. ἕπεται δ' αὐταῖς ἐξ ἀνάγκης τὸ καὶ τῶν ἀντικειμένων εἶναι τούτοις, εἰ δὴ ἡ κρίσις ἑκάστου ἀπὸ τῶν προηγουμένως ἂν εἴη. οὐ γὰρ τοῦ μὴ περιπατεῖν χάριν ἡ περιπατητική. εἰ καὶ γίνεταί ποτε ἐν τῷ τοῦτο δυναμένῳ καὶ ἡ στέρησις αὐτοῦ. καὶ εἰ μὲν αἱρετὸν εἴη τὸ περιπατεῖν, αἱρετὸν τῇ ἑαυτοῦ φύσει καὶ τὸ δύνασθαι περιπατεῖν. εἰ καὶ τὸ δύνασθαι καὶ μὴ περιπατεῖν ἔχει. εἰ δὲ ἐκεῖνο μὴ αἱρετὸν, οὐδὲ τὸ δύνασθαι. καὶ τὸ ζῆν δὴ ἔχον δύναμιν ἐν αὐτῷ τοῦ τε εὖ ζῆν καὶ τοῦ κακῶς, δεδομένον

τοῦ

Digitized by Google

παρὰ τῆς φύσεως ἡμῖν τοῦ εὖ ζῆν χάριν. οὐ γὰρ ἦν οἷόν τι εὐθὺς γενομένους ἔχειν τὸ εὖ ζῆν· οὐδὲν γὰρ ἐν ἀτελεῖ τέλειον. παντὸς δὲ ἀτελοῦς, τὸ γενέσθαι εἴη ἂν αἱρετόν, οὗ ἀρίστου χάριν τῶν ἐν ἡμῖν γενέσθαι δυναμένων δεδομένον. ἄριστον μὲν γὰρ καὶ τέλος τὸ εὖ ζῆν. τοῦτο δ' οὐχ οἷόν τι χωρὶς τοῦ ζῆν γενέσθαι. πῶς γὰρ οὐκ ἀπεμφαῖνον τὸ ὁμοῦ μὲν λέγειν ἡμᾶς ὑπὸ τῆς φύσεως πρὸς τοῦτο οἰκειοῦσθαι καὶ τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας χάριν ποιεῖν πάντα. ὁμοῦ δὲ μὴ λέγειν ἡμᾶς ὡς πρὸς ἀγαθὸν αὐτὸ τὴν φύσιν ἡμᾶς οἰκειοῦν. ὅτι γὰρ ὡς πρὸς ἀγαθὸν τὸ ζῆν ᾠκειώμεθα, δῆλον καὶ ἐκ τοῦ περί τι τὸ παιδίας ποιήσασθαι πολλὴν σπουδὴν. εἶτ' φέρεσθαι ὡς ἐσομένους τρόπον τινὰ δι' ἐκείνων, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πάντα ἀφοβούμεθα φοβεῖσθαι μειζόνως, διότι ὑποπτεύεται καὶ θανάτου αἰτία ἔσεσθαι. ὅτι δ' ἀπὸ τῆς πρὸς τὸ βέλτιον δυνάμεως ἡ κρίσις τῶν μεταξὺ δῆλόν ἐστι καὶ ἐκ τοῦ τὸν ἄνθρωπον ὁμολογεῖσθαι τῶν ἄλλων ζώων ἄμεινον εἶναι ζῶον. τοῦτο δὲ διότι τῶν ἄλλων οὐδὲν ἀρετῆς δεκτικόν, τῷ οὖν ἄμεινον ὂν δεκτικὸν τοῦτο τῶν ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις γινομένων αἱρετῶν ἄμεινον εἶναι τούτῳ βελτίων ὁ ἄνθρωπος, ἐπεὶ εἴ γε ἀπὸ τῶν χειρόνων ἡ κρίσις ἐγίνετο τῶν μεταξὺ, οὐδὲν ἐκώλυε τὸν ἄνθρωπον ἢ κάκιστον τῶν ζώων λέγειν, τοῦ κακίστου τῶν ὄντων τῆς κακίας ὄντα δεκτικόν, ἢ μηδενὸς τῶν ἄλλων ζώων εἶναι αὐτὸν βελτίονα. ἐπεὶ ἐν πᾶσι τοῖς αἱρετοῖς τι καὶ φευκτοῖς ἕπεσθαι δεῖ τῇ τοῦ σπουδαίου κρίσει αἱρετόν. Quib. è verbis ſi non ad numerum; ad pondus tamen hic ſenſus elicitur. Si bene nauigare bonum eſt, male vero malum, profectò ipſum nauigare neque bonum erit, neque malum. Eodem quoque modo ſi bene viuere bonum eſt, male viuere malum; ſequitur vt ipſum viuere neque bonum ſit, neque malum. Niſi fortè id, quod dicitur, verũ non erit, potentias ſcilicet contrariorum indifferentes, & medias eſſe. Omnis enim eiuſmodi vis, ſiue potentia ideo bona, atque expetenda eſt, quod cum habeat ius vtriuſque contrarii, decernit tamen ſemper id exequi, quod melius eſt, atque præſtantius, quamuis aliquando eueniat id, quod eſt deterius fruſtratione propoſiti. Nam quemadmodum ea, quæ ſunt artis, finis præſtantioris, non deterioris gratia fiunt, ita ea quæ ſunt à natura. Etenim nauigare ſub arte gubernandi, & ſecare ſub arte fabrili, bene nauigandi atque bene ſecandi gratia inuentum eſt: vt optandum ſit nauigare & ſecare, quoniam ſine his impoſſibile eſt propoſitum illum finem acquiri. Non enim ab iis, quæ caſu aliquo fiunt, hominis iudicium oritur ſuper aliquo ſubiectorum, ſed ab iis quorum gratia potiſſimum ſunt, & fiunt. Quemadmodum vero ſe habet in iis, quæ ſecundum artem fiunt, ita & in iis, quæ ſecundum naturam. Siquidem in ambobus illis ad id, quod melius eſt, tendimus; cuius gratia agendi nobis poteſtatem natura ipſa tribuit: cum ea, quæ ipſa facit, non ſtatim perfecta & abſoluta prodeant, ſed pedetentim ſe ad perfectionem accommodent. Adde, quod impoſſibile eſt, vt id, quod habet potentiam alicuius rei, non habeat etiam potentiam oppoſitam: hac ergo de cauſa dicitur ab ipſo actu differre. Iccirco potentiæ in iis potiſſimum verſantur, quæ meliora ſunt.

Digitized by Google

Hinc ſequitur ipſis potentiis vim ineſſe contrariam, cum vniuſcuiuſque rei iudicium circa ea, quæ potiora ſunt, verſetur. Quoniam vis & potentia ambulandi non eſt à natura tributa gratia non ambulandi, quamuis etiam inſit ei ambulandi priuatio. Quod ſi eligibile erit ambulare, eligibile quoque ex natura ipſa erit poſſe ambulare, quamuis potentiam habeat non ambulandi. Si autem id non eligibile eſt, neque etiam poſſe. Ita etiam de ipſo viuere dicendum eſt: nobis enim & bene & male viuendi poteſtas data eſt, tamen bene viuendi gratia. Verum quia non poſſumus ſtatim aſſequi, vt bene viuamus, cum nihil proueniat ab imperfecto perfectum, tamen erit imperfectum illud optabile, vt à nobis perficiatur. Quare ſi optimum eſt in nobis bene viuere, quod ſine viuere non poſſumus aſſequi, erit etiam optandum viuere. Abſurdum enim eſſet dicere, ad viuendum nos naturam produxiſſe, inſtituiſſeque, ac noſtræ ſalutis gratia facere omnia: ſimulque non dicere, nos ad bene viuendum natos eſſe. Quod vero ad viuendum, tanquam ad bene viuendum nati ſimus, & ex eo apparet, quod gignendis, educandiſque liberis multum ſtudium, curamque impendimus, tanquam per illorum ſucceſſionem quoquo modo diutius victuri: & ex eo etiam, quod timenda omnia ob mortis ſuſpicionem maxime timemus. Quod autem iudicium meliorum à potentia eorum ſit, quæ ſunt meliora, ex hoc liquet, hominem cæteris præſtare animantibus, quippe cum nullũ ex illis virtutis ſit capax, in hocque præſtantior homo eſt, quod iis, quæ in aliis animalibus fiunt, meliora, potioraque eligat. Quod ſi à peiorib. iudicium meliorum fieret, nihil prohiberet dicere, hominem eſſe peſſimum animalium, cum ſit prauitatis capax, ſi peſſima quæque eligeret; aut non eſſe aliquo ex animalibus meliorem. Quoniam in rebus omnibus expetendis, & fugiendis eligibilia oportet ex iudicio pendere ſtudioſi viri.

Quo pacto ratio de ſuo imperio deturbetur, aut in eo conſiſtat.

CAP. IX.

Quiq; ſeipſo ſuperior, & inferior eſſe poteſt.

CLinias apud Platonem in præclara illa inſtitutione de legib. ait, Victoriam eſſe quam optimam ſeipſum vincere, turpiſſimum vero & peſſimum eſſe, vt quis à ſeipſo vincatur. Deinde hanc ſecutus imaginem, de ciuitate differens, illam ſeipſa etiam dixit eſſe ſuperiorem, ſi præſtantiores ciues eos, qui non ſunt præſtantes, ſuperauerint, & irretitum voluptatibus hominem atque ab illecebris ſuperatum, inferiorem ſeipſo exiſtimari debere. Qua-

re. Quare in eadem inſtitutione prohibetur, Ne magiſtratus tribuatur illi, qui ob incontinentiam gubernare ſe neſciat, quoniam iuſtitia abſq; temperantia originem habere non poteſt. Hinc Plutarchus ait, hoc idem ſenſiſſe Platonem: nam aliter ridiculum eſſet dicere, quemquam ſuperiorem ſeipſo, rurſusque inferiorem, & alium quidem ſeipſum vincere, alium vero non vincere. Etenim quo pacto poteſt hoc eſſe, vt idem ſit ſeipſo præſtantior, & ſeipſo deterior, & vincere ſimul & vinci? niſi modo quodam vnuſquiſque noſtrum duplex ſit, & partem alteram habeat deteriorem, alteram vero præſtantiorem? Vt is, qui parti illi præſtantiori deteriorem partem, tanquam ancillam, parere cogit, continens ſit, & ſeipſo præſtantior: qui vero intemperanti, & irrationali animæ parti ſinit obſequi præſtantiorem, cum videat eam ancillari deteriori, idq; videns flocciſacit, ille omnino ſit ſeipſo inferior, & nomen merito acquirat incontinentis, ac male à natura inſtituti.

Quis inferior ſit, quiuè ſuperior.

Natura enim ita conſtitutum eſt, vt cum diuina ſit ratio, præcedat & imperet parti irrationali, quæ ex ipſo, in quo ineſt, corpore prodit, nataque eſt, vt ſit ei ſimilis, & particeps affectuum, quibus repletur, miſtaque cum eo eſt, & penitus immerſa, vt oſtendunt appetitiones, quæ mouentur, & excitantur ſecundum mutationes corporum, & remiſſiones, contractionesque accipiunt.

Ratio naturæ præcedit, & imperat.

Quare adoleſcentes quidem celeres ſunt, concitati, petulantes, & circa appetitionem incenſi, quodamque quaſi aculeo irritati inflammantur ſanguinis copia & feruore, ætate vero prouectiori pars ea appetitionis, quæ verſatur in iecore, frigeſcit, efficiturq; tenuis, & imbecilla. Quo fit, vt polleat magis ratio, cum pars illa, quæ afficitur vna cum corpore, contabeſcat. Deturbatur enim ratio de ſuo gradu, aut certe conculcatur à rebus, quæ excitantur à ſenſibus: quippe ſenſus opitulante caloris fluxu partem animæ diuiniorem violenta quadam agitatione perturbat, vt ea pars animæ, quæ dux eſt, aut conculcata impediatur, ne ducem ſe præbeat cæteris partibus: quibus præcipere debet, aut tanquã aliquo obice impedita conſiſtat, donec procedente tẽpore, experimentis, aut eleganti aliquo ſtudio erudita ſe erigat, & ſenſus effœtos, ac debilitatos negligat.

polletq; magis, corpore contabeſcente,

ſed deturbatur ſenſibus;

Nam à pituita quæ redundat in ætate iam inclinata, aut ab egeſtate ſpirituum, qui non procreantur, vt in ætate robuſtiore, ſenſus ipſi non ita à feruido ſanguine concitati conculcantur, deprimunturq;.

qui ætate, mutatu humoribus, conculcantur.

Quam ob rem Plato in diuino illo conuiuio, *Tunc oculum mentis*, ait, *incipere acute contueri, cum oculus corporis hebetatur.* Nos autem ne Ariſtotelem, cui ſemper adhæſimus, deſeramus, (qui etſi non eandem cauſam affert, cur ſenes ſint prudentiores iuuenibus, de re ipſa tamen idem ſentire videtur) eius quoque ſententiam referamus. Duo, inquit, eſſe inſtrumenta, quæ in primordio genituræ nobis natura diſtribuit, vt inſtrumentis extraneis vteremur: manum

Duo hominis inſtrumenta, manus, mens.

quidem corpori, animo vero mentem: ſiquidem manus inſtrumentum corporis præcipuum eſt, cui alia inſtrumenta externa deſeruiunt, equiti quidem haſta, malleus fabro, ſutori ſubula: ſed hæc omnia opitulante manu ſua munera obeunt. Ita in animo mens præcipui inſtrumenti vicem gerit, cui prudentia, ſcientia, ſagacitas, ſolertia, & quęcunque ad animum pertinent, obſequuntur. Sed quemadmodum manus non poteſt eſſe ſtrenua in ætate non firma, ita nec mens, quæ poſterior acceſ- *Quando validiora* ſit, poteſt valida eſſe, niſi in ætate prouectiori, quippe excitata commentis veſtigationibusque, & exercitata iudiciis vberrimos fructus inſtitutionis affert iis, quibus præeſt, eoſq; prudentiores reddit in rebus, in quibus ſe exercent, vt prudenti bene eligere, ſcienti opinari recte, *Affectuum in iuuenibus impotentia.* ſagaci indagare, ſolerti vero adminiſtrare. Quin affectus in ætate non firma concitatiores, vehementioreſque ſunt: in iuuenibus enim ira perinde eſt, vt qui propenſa quadam voluntate parendi procurrit præceps, antequam imperium præcipientis exaudiat. Cupiditas autem in eadem ætate fertur ad voluptatem opitulante calore ſanguinis, vt expleri nequeat: qua de cauſa in ætate confecta (vt ait Cicero) ſatietas potius quam cupido inuenitur, vt ſit iucundius priuari voluptate, quam frui. Quapropter laudatur à Platone prius, deinde ab ipſo Cicerone Sophocles, qui in ætate præcipitata interrogatus à quodam, vtereturne rebus Venereis? *Dii meliora*, inquit, *libenter vero iſthinc, tanquam à domino agreſti, ac furioſo profugi.* Pollet igitur ratio (vt autor ait) à ſenſibus non impedita. Cætera quæ in hac parte à Plutarcho dicuntur, tanquam facilia, conſulto præteribimus.

Qua ratione affectus non ſint penitus auellendi.

CAP. X.

IN opuſculi huius calce validiſſimis rationibus oſtendit Plutarchus, non modo affectus non eſſe auellendos radicitus, ſed potius admittendos, tanquam ad virtutem excitandam neceſſarios. Verum cum parte in hac Peripateticorum ſententiis inſiſtat, non erit fortaſſe diſſentaneum protritas iam, vulgataſque ipſorum Stoicorum, Peripateticorumque rationes ſubnectere, vt facilius intelligatur, quam concinne Stoicorum ſententias re- *Stoici affectus omnes malos, & animi morbos eſſe, affirmant.* tundat, & taxet. Affirmant, & quidem pertinaciter Stoici, affectus omnes eſſe animi morbos à præſcripto rationis auerſos, qui quamuis primo ingrediantur debiles, creſcunt tamen vſque adeo procedentes, vt (cum libuerit) expelli nequeant. Quare cenſent, nullum fœdus, aut conſortium cum ipſis eſſe habendum, quippe cum animum ita conficiant, exedantque, vt nunquam poſſit carere miſeria. Peripatetici vero

hoc

Digitized by Google

hoc in vniuerſum non probant; ſed diuidunt affectiones in partes, vt eæ tantum habeantur malæ, quæ non ſubiacent imperio rationis: nam quæ conſiderantur abſolute, vt ſunt quæ concitantur à motu quodam primo, & inconſulto, nec poſſunt ab homine exui, niſi exuatur humanitas, non poſſunt dici bonæ, aut malæ, quia ſecluſa voluntate proueniunt. At ſi radices agunt in homine, recte dici poſſunt perturbationes, & morbi, quando ſe ſubtrahunt à iudicio rationis: ſed quæ poſſunt à ratione gubernari & redigi ad mediocritatem illam, qua virtutes ipſæ rediguntur, & conſeruantur, ipſæ etiam in virtutes euadunt, & non modo non ſunt reiiciendæ, vt malæ, ſed potius admittendæ, adſciſcendæque, tanquam augentes humanæ actionis præſtantiam. Etenim metus diligentiam auget, vt in multis eſt cernere. Thiamenus Horeſtis filius cum per iniqua loca exercitum duceret, quamuis factus certior ab exploratoribus, nihil inſidiarum eſſe in itinere, tamen quia ſuſpicioſus incedebat, animaduertit aues pauide ſeſe in ſublime è iugo ſubleuantes, nec poſtea omnino reſidentes, timensque eo ire, alios miſit exploratores, vt accuratius loca ſcrutarentur, qui inuenerunt magnam hoſtium manum ibi latere: quapropter exercitum circumduxit, & ſe recepit incolumem. Erat quidem actio illius ducis plane ſtrenua, ſed ſuſpicio, quæ nihil aliud eſt, niſi diminutus timor, auxit actionis præſtantiam. Item C. Iulius Cæſar ſemper ſtuduit magna aggredi, ſed multo magis conſpecta ad Gades Alexandri ſtatua, cum ingemuit, tanquam pertæſus ignauiam ſuam, quod nihil à ſe præclarum eſſet actum in ea ætate, qua Alexander pene orbem terrarum ſubegiſſet: Quare continuo expeditionem efflagitauit ad captandam opportunitatem magnarum rerum. Profecto æmulatio illa, & (vt ſic dixerim) obtrectatio fuit in cauſa, vt exercitaretur Cæſar maiora moliri. Eadem æmulatio fecit, vt Themiſtocles, conſpectis Miltiadis trophæis, abduceretur ab intemperantia, & euaderet in magnum ducem.

Peripatetici tantum ea putant mala, quæ non ſubiacent rationi, neq; ad mediocritatem rediguntur.

Mediocris metus prudentiam fouet.

Sic æmulatio Cæſarem, & Themiſtoclem ad rerum magnarum ſtudium excitauit.

Quomodo affectus ſint temperandi.

CAP. XI.

Ait præterea Plutarchus, non ita procedere rationis munus, quemadmodum Lycurgus Rex Thraciæ fecit in vitibus, qui cum in opprobrium Bacchi vinea ſuccideret, ac in ipſa amputatione feſtinando ſæuiret, amputauit ſibi crus vna cum vitib. Iccirco non debere nos, inquit, exẽplo Lycurgi reſcindere vtiles partes affectuũ, & pariter cũ noxiis euertere, ſed poti' imitari Deũ, q reddit ſata mitia

Non vt Lycurgus Thraciæ Rex, qui vites ſuccidit.

Sed vt Deus quſata mitia reddit ex agreſtiorib. vtiles affectuum partes moderãda.

mitia ex agreſtioribus: ſiquidem ratio debet auferre prius ab affectibus id, quod eſt agreſte, deinde fouere id, quod eſt vtile. Cum non proiiciant vinum ii, qui temulentiam verentur, ſed addita mero aqua contemperent, neque debeant radicitus affectionem auellere, qui perturbationem vitant, ſed moderari. Siquidem ferocitatem boum, & equorum, contumaciamq; aduerſus habenas auferunt quidem domitores, agilitatem vero, & motus omnino non auferunt. Hi etiam iuuencum domitum indomito coniungunt, qui reluctantem reprimat, recumbentemque ſubleuet, atque trahat: equum vero, aut ſcutica, aut blandimentis emendant. Ita ratio moderatur affectus, & manſuefacit, non eneruans aut abſcindens ab anima partem addictam miniſterio corporis. Nam *ad currum equus,* (vt ait Pindarus) *bos ad aratrum aptus eſt, Canem vero cædem apri machinantem oportet validum exquirere.* Quorum omnium commodiſſima (vt ita dicam) iumenta rationi affectus ipſi ſunt, quia præſto ſunt virtutibus ad opem ferendam: ira quidem fortitudini, quoniam in ea parte reſidet, in qua fortitudo verſatur, vnde tanquam calcar excitat ad prælia bellatores: ſi tamen fuerit ad mediocritatem reducta; aliter enim audaciæ, non fortitudini opitularetur. Rurſus idem autor ait: *Prauitatis odium deſeruire iuſtitia.* Verum hoc intelligendum eſt: ſi non fuerit excedens, ſiquidem excedens prauitatis odium in crudelitatem conuertitur. Quod quidem in Aureliano culpatur: nam vſque adeo oppreſſerat eum huius affectus redundantia, vt in multos animaduerteret vltra legis præſcriptum. Quare inter bonos Principes non cõnumeratur, quippe inter alia immania, quæ fecit, militem quendam, qui cum coniuge hoſpitis concubuerat, hoc cruciatus genere mulctauit. Iuſſit n. duo capita arborũ inflecti, alligariq; pedibus militis, ſtatimq; dimitti, vt ſic crudeliter diſciſſus vtrinque penderet. Item ait: *Indignationem deſeruire iuſtitiæ:* indignationem, inquam, aduerſus eos, quibus res ſecundæ præter dignitatem euenerunt, quando ſimul dementia & petulantia incẽſi animi repreſſione egẽt. Hunc indignationis affectum clarius explicat Ariſtoteles, eumq; vel maxime probat, quoniam non modo à bonis hominibus non abducitur, ſed ne à Deo quidem, appellaturque à Græcis νέμεσις: eſt autem νέμεσις, quando quis prẽmio, aut aliquo bono indigne potitur, & fruitur; commiſerationi quę opponitur commiſeratio autem eſt dolor de alieno malo; ſicut indignatio eſt triſtitia de alieno bono indigne collato: videtur enim illa collatio opponi iuſtitiæ. Ideo dixit Plutarchus, indignationem opitulari iuſtitiæ: ſiquidem nihil magis eſt iuſtitiæ contrarium, quam vt aliquis pro malo bonũ adipiſcatur. Attamen bonorum hominum hi ambo affectus ſunt, miſereri ſcilicet, & indignari. Inquit præterea: *Quis autem ab amicitia (quamuis multum in eo laboret) amorem euellat?* Etenim amor, & amicitia ſe inuicem habent,

Quippe affectus pediſſequi, imo iumẽta ſunt rationi,

& prauitatis odium etiam moderandum, ne euadat in crudelitatem, exemplo Aureliani Cæſaris.

Indignatio deſeruit iuſtitia, &

Commiſerationi opponitur. Vtriuſque definitio.

Amoris affe-

Digitized by Google

habent, perinde vt effectus, qui ab eadem cauſa efficitur, atq; ſeruatur, quemadmodum in Solis lumine datur intelligi: nam ab eodem Sole efficitur lumen, à quo etiam ſeruatur, amotoque Sole, qui eſt cauſa luminis, amouetur etiam eius effectus, qui à Sole efficitur. Non ab re igitur, & appoſite dixit, non poſſe amorem, qui prouenit ab amicitia, aliquo pacto ab ea ſeparari, ac diſtrahi, neque ex benignitate miſericordiam, quæ eſt ægritudo ex miſeria alterius iniuria laborantis: neque ex vera etiam beneuolentia tolli poſſe æque gaudere, & æque dolore affici. Etenim ſi peccant ii, qui, cum vident quempiam amore percitum, penitus amare deſinunt, profecto neque recte faciunt, qui ob auaritiæ odiũ expetitionem rerum vituperant: ſunt enim ſimiles iis, qui ob offenſionem pedis in curſu curſum oderunt; aut iis, qui quoniam perperam iaculantur, iaculationem reiiciunt, aut quibus ob aliquam diſſonantiam cantus, ars ipſa, & peritia canendi odioſa eſt. Nam quemadmodum in vocibus Muſica concinnitatem facit non euerſione acuti, & grauis, & in corporibus medicina ſalutem non abolitione calidi, & frigidi, ſed potius his compoſitis, & ad certam mediocritatem redactis. Eodem modo in animo hominis non reiectione, ſed moderatione affectuum acquiritur victoria rationis, quia ratio non tollit affectus: ſed potius inducit æquabilitatem, & moderationem affectibus non conſultis. Mœror enim, qui eſt ægritudo flebilis, & lætitia geſtiens, quæ eſt, cum quis ob acquiſitum bonum, concupitumque effertur, & geſtit, non aliter ſunt morbi animi, quam corporis ſunt abſceſſus & inflammatio. Cuiuſmodi profecto non eſt gaudium ipſum per ſe, & dolor, aut timor: ſiquidem dolor ægritudo crucians eſt, timor vero perturbatio ex imaginatione futuri mali. Ideo autor hic ait, præclare Homerum deſcripſiſſe actiones timidi, ac etiam ſtrenui his verſibus:

fectus ab amicitia nunquã ſeparatur.

Miſericordia quid.

Mœror & lætitia geſtiens quid.

Dolor & timor quid.

Εἰ γὰρ νῦν παρὰ νηυσὶ λεγοίμεθα πάντες ἄρισοι,
Ἐς λόχον, ἔνθα μάλις' ἀρετὴ διαείδεται ἀνδρῶν,
Ἔνθ' ὅ, τε δειλὸς ἀνὴρ ὅς τ' ἄλκιμος ἐξεφαάνθη.
Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρὼς ἄλλυδις ἄλλῃ,
Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἧσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός,
Ἀλλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει,
Ἐν δέ τέ οἱ κραδίη μεγάλα ςέρνοισι πατάσσει,
Κῆρας οἰομένῳ, πάταγος δέ τε γίνετ' ὀδόντων.
Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἂρ τρέπεται χρὼς οὔτε τι λίην
Ταρβεῖ.

Id eſt: *Si iuxta naues optimi quique coiſſemus in turmam, illic præcipue virorum virtus dignoſcitur, atque ibi timidus ac fortis oſtenditur. Nam timidi vultus diuerſo quodam modo mutatur, animuſque eius quieſcere nequit, nec*

pede innixus ſtat, ſed potius claudicat alternis inſiſtens pedibus, atque cor eius mirum in modum in pectore palpitat, ſuique ipſius interitum ita meditatur, vt crepitus etiam dentium vel maximus audiatur. Strenui autem viri non mutatur ſpecies, neque plus, quam par eſt, exhorreſcit. Aſſeruit hoc Homerus Idomeneum inducens alloquentem Merionem, vt oſtenderet, quot modis afficiatur ac perturbetur timidus, qui plus nimio timet, cum fortis, quamuis timeat, non perturbetur, neque valde timeat. Quare non metum, ſed metus exceſſum aufert, ac damnat: non enim dixit, οὐ ταρβεῖ παντάπασιν, hoc eſt, omnino non timet, ſed οὐ λίαν ταρβεῖ, id eſt, non valde timet. Recte igitur autor addidit, (ſi ſic accipiatur affectus) fortitudinem non abire in amentiam: fiduciam autem non effici temeritatem. Hinc ait, à voluptatibus nimiam eſſe eiiciendam cupiditatem, & in puniendo non eſſe adhibendum nimium odium prauitatis, vt diximus: adhibito enim modo alter non erit expers omnino ſenſus, ſed temperans: alter vero non crudelis & atrox, ſed potius iuſtus. Hac igitur ratione ſunt temperandi affectus non penitus euellendi: nam homines (niſi ſint ex illorum genere, qui nullo ſcopo iaculantur, ſed ex illis, qui ad aliquem certum, inſtitutumque finem ſuas dirigunt actiones) mouentur ab ipſo fine, vt ipſum, quem adipiſci cupiunt, aſſequantur. Quapropter, inquit, conſtituta eſſe in ciuitatibus præmia benemerentibus, vt ab ipſo affectu moueantur, incitenturque ad præſtantes actiones aggrediendas: quo ſine affectu ratio fit hebes, perinde vt gubernator vento deſtitutus. Dixit præterea, hac de cauſa legumlatores induxiſſe cupiditatem honoris, & mutuas æmulationes, vt ſunt balthei, armillæ, trophæa, coronæ, ouationes, atque triumphi, ad excitandos animos, & virilitatem pugnantium. Non enim in poematibus tantum (vt ait Plato) Muſis afflatus & plenus irridet eum, qui ſine numine & furore Muſarum quamuis accurate, in caſſum tamen carmina molitur: ſed etiam in bello qui eſt afflatus numine & accenſus affectibus, efficacior eſt, quam qui ſine numine & affectu pugnat. Quos quidem affectus à Diis hominibus immiſſos, ait Homerus. Nam Apollo excitans Æneam in Achillem multis rationibus:

Fortis timet quidem, ſed non nimium.

Ratio ſine affectibus fit hebes, hinc legumlatores eos excitant.

Affectus diuinitus immiſſi.

Ὣς εἰπὼν ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν.

Hoc eſt, ſic fatus: *Afflauit magnum robur Æneæ paſtori populorum.* Et rurſus:

Οὐχ ὅγ' ἄνευθε θεοῦ τάδε μαίνεται, ἀλλά τις ἄγχι
Ἕστηκ' ἀθανάτων νεφέλῃ εἰλημένος ὤμους.

Id eſt, *Neq. hic furit ſine numine, ſed aliquis Deorum contectus nube aſſiſtit.* De Diomede erat ſermo, quem Æneas & Pandarus procul aſpicientes in Troianos irruentem furentemque, admirati vim, ac eius ferociam exiſtimabant aliquem eſſe Deum Troianis iratum ob defraudata ſacrificia. Quapropter ait Pandarus: proſpectum clypeum, galeam, atque

etiam

etiam equos, Diomedem eſſe oſtendiſſe; verum quia tanta faciebat, ſi non eſſet Deus, ſed generoſi Thydei filius, eum non ſine numine ita vehementer furere, quaſi Dii affectum addant pro vehiculo, & irritamento rationis. Illud etiam licet intueri, ab eiſdem legumlatoribus ſæpe adoleſcentes laudibus excitari, ſæpe etiam in eos obiurgationibus animaduerti. Ex quibus delectatio laudem ſequitur; moleſtia vero triſtitiam & obiurgationem. Etenim obiurgatio, & contumelia pœnitudinem, & pudorem afferunt, quorum alterum triſtitia eſt, alterum metus. Eſt autem metus opinio mali imminentis, quod intolerabile eſſe videatur: triſtitia vero opinio mali præſentis. Hoc quidem adhibent in primis ad corrigendos adoleſcentes. Quare Diogenes, cum audiſſet, à nonnullis laudari Platonem: *Quidnam, inquit ille, habuit præclarum, qui tamdiu philoſophatus neminem corrigendo infeſtauit?* Non enim quiſpiam oſtenderet, mathematica præcepta (vt Xenocrates inquit) ita eſſe gradus ad Philoſophiam, vt affectus adoleſcentium. Poſt præclaram hanc Diogenis ſententiam pergit more ſuo Plutarchus humanos laudare affectus contra Stoicos, exquiſitaque vtitur comparatione: Mathematica præcepta, ex quibus commodiſſimus eſt (vt latius in tertio libro diximus) ad Philoſophiam tranſitus, non tam commodos, facileſque ad illam præbere gradus, quam affectus ipſos adoleſcentium: quib. quidem iuuenes ipſi pro gradibus, & quaſi ponte quodam vtuntur, per quem ab vna ſcientia tranſeunt ad aliam. Qui vero affectus hi boni, vtileſque ſint, autor ipſe ſtatim ſubdit inquiens: Affectus dico, pudorem, cupiditatem, pœnitudinem, voluptatem, moleſtiam, & ambitionem. Pudor quidem eſt timor iuſtæ reprehenſionis, atque modeſtia quædam animum reprimens, ne inordinate aliquid agat. Cupiditas appetitio rei iucundæ, vt re ipſa iucunda ſit, vel appareat. Pœnitudo, cum quæ ipſi prius lubentes fecimus, nobis incipiunt diſplicere. Voluptas, animi motus, atque affectio tota ſimul in naturam progrediẽs. Moleſtia, ſolicitudo grauis. Ambitio laudis & honorum immoderata cupiditas. Quos quidem affectus concinno, & ſalutari tactu pertractans ratio, & lex, ad decentem viam adoleſcentem deducit, & ſiſtit. Vt non temere videatur dixiſſe Lacon ille præceptor, qui pollicebatur, *Se facturum, vt gauderet auditor honeſtis, & abhorreret à turpibus:* qua quidem nulla eſt ingenuo adoleſcenti aptior aut perfectior diſciplina.

Finis Libri quarti.

5238241

Digitized by Google

INDEX RERVM, QVÆ IN HOC OPERE CONTINENTVR.

Prior numerus Librum: alter Caput ſignificat.

A.

ACcidens olim, teſte Lucretio, euentum dicebatur. 1.12
Achilles equos ſuos haud fruſtra hortatus, ne ipſum deſerant. 2.19.
Actii Synceri laus. 4.5.
Actiua pars animæ quæ. 1.5.
Actus potentias diſtinguit. 4.4.
Ad aliquid cur relationem dixerit Plato, & quotupliciter dicatur. 1.6
Adoleſcentes celerius iraſcuntur. 4.9.
Adulatores cur iuſtitiam penes Iouem eſſe interpretentur. 3.8.
Æmulatio Themiſtoclis erga Miltiadem. 4.10.
Æmulatio Cæſaris erga Alexandrum. ibid.
Æquitas leges emendat. 3.10.
Æquitatis exempla. ibid.
Æquum ab aqua deducitur. ibid.
Aer ſciſſus à virga, cur ſonum edat. 2.12.
Aer quomodo contrarias exhalationes ſuſcipiat. 4.4
Æſchines à Demoſthene quo ſophiſmate laceſſitus per populum. 4.5
Æſtimatiua potentia. 2.16
Ætas inſtrumenta hominis, manum, mentemque validat, inualidatque. 4.9.
Affectio quid. 2.19.
Affectus diuerſe definiendus, prout conſulto, aut inconſulto eſt. 4.1.
Affectus & ratio an idem. ibid.
Diuerſa eſſe. 4.4
Affectus cum tempore cur aboleãtur iuxta Plat. 2.9
Affectibus quomodo Muſica congruat. 2.19.
Affectus Pythagoras ſedauit muſica. 1.14
Affectus diuinitus immiſſi ſecundum Homerum. 4.12
Affectus à ratione temperantur, vt ſphæra ab anima ipſius mundi. 2.1
Affectus eos tantum malos eſſe, qui repugnant rationi, dixerunt Peripatetici. 4.10
Affectus potentia ſunt virtutes, vt materia ens eſt potentia. 1.2
Affectus quo pacto temperandi. 4.11
Affectus non ſunt tollendi, inſtar Lycurgi,

Digitized by Google

curgi, qui vites ſuccidit. ibid.
Affectus natura obtemperat rationi. 2.19
Affectus & ratio ob mutuam repugnantiam differunt. 4.2
Affectus non eſſe euellendos. 4.10
Affectus morbos eſſe animi, putauerunt Stoici. ibid.
Affectus organis illigantur, neq; inſunt in principe parte animæ. 4.1
Affectus à legislatoribus excitari ſolent. 4.11
Affectus, vt iumenta rationi, & pediſſequi ſunt: ibid.
Affectus dementes conſiliarii. 2.9
Affectus & virtutes inter ſe, quoad perfectionẽ differũt, vnde paritas peccatorũ à Stoicis inducta erronea eſt. 4.6
Agamemnon cur paſtor populorum apud Hom. 3.8
Agens intellectus quis. 1.13
Alexander Aphrodiſaus ſimia Ariſtotelis: 1.4
Alexander nimius in dolore ob Clytum interfectum. 4.6
Alexandrum ſolantur Calliſthenes & Anaxarchus de morte Clyti. ibid.
Alexandri gloria Cæſarem excitauit ad æmulandum. 4.10
Ambitio quid. 4.11
Amicitia ſine amore nunquam eſſe poteſt. ibid.
Amor duplex Platoni. 4.4
Anaxarchi ſæuum à Nicocreonte ſupplicium. 4.6
Anaxarchus neque Alexandro pepercit, diuinitatem eius perſtringens. ibid.
Anima mundi per vniuerſum diffuſa. 2.1
Anima mundi duplex ſecundum Plat. ibid.
Anima mundi temperat ſphæras, vt ratio affectus. ibid.
Animæ totius ignoratio effecit ignorationem, quid ſit virtus. 1.13
Animæ ſubſtantia quam diuerſe à Philoſophis definita fuerit. 2.10
Anima quid. ibid.
Anima cur forma ſubſtantialis & perfectio prima. ibid.
Animæ compoſitionem muſicam eſſe ignorauerunt veteres. 1.13
Animam harmoniam eſſe, Ciceroni probatur, improbatur Ariſtoteli. 2.10
Animæ ſedes ſecundum Plat. vbi. 2.9
Animam eſſe corpoream, quo argumento putauerint Homerus & Empedocles. 2.17
Animam eſſe immortalem, Ariſtoteles apertiſſime ſenſit. 2.18
Animæ immortalitatem ex motu probauit Plato. 2.10
Animæ inſtrumenta abolentur cum corpore. 2.9
Anima virtutis capax quotupliciter conſideretur. 1.5
Anima non diuiditur re. 2.9
Quomodo diuiſibilis. ibid.
Animæ tria adiuncta, potentia, affectio, habitus. 2.19
Animæ partes Auerroes non admittit. 4.1
Animam eſſe rationem tantum, oppugnat Plutarchus. 2.1
Anima quomodo moueatur ſecundum Ariſtot. 2.10
Anima per inſtrumenta functiones ſuas exercet. 2.9
Animæ notio duplex. 2.18
Animam moueri à ſe, negant Peripatetici. 2.10

Anima pars princeps cæteras in ſe continet partes, vt trigonus tetragonum. 4.1
Anima humana partim ſubijcitur, partim dominatur affectibus. 2.9
Anima ratione vtens, & non vtens, quid diſtent. 2.19
Anima corpus deſpotice regit, affectum ciuiliter. ibid.
Anima altrice abſoluitur vitale munus. 2.10
Animata omnia duplici natura conſtare. 2.1
Animatus mundus an ſit. ibid.
Animatum ſit, necne cælum. 1.4
Animal magnum mundus. 2.9
Animalis inſtar cælum eſſe, affirmauit Plato, & quomodo Ariſtoteles. 1.4
Animalia, cum hominis rationem exaudiant, par eſt, vt affectus idem agant. 2.19
Animus turbatur magis eo, quod præter ſpem, & contra rationem, quam quod ex ratione accidit. 4.6
Apoſtema maximum in ſphæris quid. 2.4
Appetitus mouet, ratio perficit. 3.3
Arboribus & oſtreis quare denegatus ſit inceſſus. 2.10
Ariopagi iudicium ex æquitate. 3.10
Arithmetica proportio in iuſtitia quid reſpiciat. 3.8
Ariſto virtutem dixit vnam ſubſtantia, relatione plures. 1.5
Quibus exemplis. 1.6
Ariſto & Menedemus vnam prudentiam retinuit, cæteris virtutibus exploſis. 1.1
Ariſtotelis laus. 2.17
Ariſtoteles in aliena ſubſellia nunquam tranſire ſolitus. 1.4
In aſtrologicis quouſque prouectus. ibid.
Ariſtoteles quibus argumentis ideas ſuſtulerit. 1.3
Artificibus qualis idea competat. ibidem.
Artium medium reperiendum, vt iuſta fiat permutatio. 3.8
Augis oppoſitum quid. 2.4
Aſinina aures cur Midæ tributa. 3.8
Aſinorum eſurientium fortitudo cui ſimilis. 3.5
Athenienſium mos in corrigendis oratorum erroribus. 4.5
Auaritia quid. 3.6
Auarus ab auiditate æris. ibid.
Auarus, & fortis maiori tractu diſtant à liberali & timido. 4.6
Auditus obiectum quale. 2.12
Autor muſicæ practicæ ignarus. 1.15
Nunquam ceciniſſe profitetur, canendi præcepta tradens. 1.34
Magis caſtris, quam Academiis aſſuetus. 2.18
Aurelius ob nimium prauitatis odium crudelis. 4.11
Aux quid. 2.4
Aux Saturni. ibid.
Aux Veneris differt ab augibus ſuperiorum. 2.6
Semper in eodem loco, in quo eſt aux Solis ſecundum longitudinem, non ſecundum latitudinem. ibid.

Biſ-

Digitized by Google

INDEX.

B.

Biſdiapaſon quot admittat voces. 1. 19

Benignitas non ſeparatur à miſericordia. 4.11

Bona proſcriptorum boni principes in priuatum ærarium non deferunt. 3.8

Boetius ex quibus vocibus tantum conſonantiam gigni putauerit. 1.21

Bruta quid differant à nobis, diuerſa philoſophantium ſententia. 2. 17

C.

CAEſaris æmulatio erga Alexand. 4. 10

Calliſthenes & Anaxarchus Alexandrum de morte Clyti quomodo ſolati fuerint. 4.6

Cantilenarum diuerſa inſtructio. 1. 34

Cantilena à voce perfecta cur auſpicanda, & in ipſa deſinendum. ibidem.

Cantores muſicos tonos non bene imitari queunt. 1.15

Caput, tanquam arx & ſedes rationis, ſecundum Plat. 2.9

Caſus, & fortuna quid differant. 3.2

Cauſæ effectrices aut à natura, aut ab arte. ibid.

Cautela leguleiorum abominanda. 3. 9

Chryſippus quomodo virtutem prapoſtere definiuerit. 1.13

Chryſippus philoſophiam impleuit nominibus virtutum minime neceſſariis. ibid.

Chordotoni diagramma. 1.14

Cicero harmoniam eſſe animam, haud omnino improbat. 2.10

Circulus medius inter circulos deferentes augem quomodo moueatur, & quantum ſingulis diebus. 2.5

Ciuitas quomodo ſeipſa ſuperior, & inferior. 4.9

Clytus rudis aulicus. 4.6

Cœlum quid ſit. 2.1

Cœlum an ſit animatum. 1.4

Cœlum in quinque circulos diuiſit Thales. 2.1

Cœleſtia corpora motorem habent, & motum, & ex quibus naturis componantur. 1.4

Cœlum quotidie rapitur ab ortu ad occaſum. 2.4

Cœleſtibus orbibus par ſubſtantiarum ſeparatarum numerus. 1.4

Cohors principis eſt veluti manus ipſius. 1.7

Comma quid in muſicis. 1.14

Commiſerationi opponitur indignatio, & vtriuſque definitio. 4. 11

Componentia, quam compoſita prius innoteſcere debent. 1.25

Concentricus orbis quid. 2.4

Conſiliarii dementes affectus. 2.9

Conſonantia quid ſit. 1.21

Conſonantiæ ſimplices perfecta, & imperfecta. 1.34

Conſonantia compoſita perfecta, & imperfecta. ibid.

Conſonantia vniuſcuiuſque tropi quæ, & quot ſpecies. 1.21

Conſo-

Conſonantia eſt virtus nondum bene purgata. 3.12
Conſonantia in quibus generibus vocum tantum reperiantur ſecundum Boetium. 1.21
Conſultatio quid. 3.1
Conſultamus tantum de rebus ambiguis. ibid.
Continentia & temperantia quid differant. 3.12
Continentis anima tanquam in ſeditione. ibid.
Continentia ægre ac dolenter ad medium trahitur. 3.18
Continentia manca & inchoata virtus. ibid.
Contraria admittit qualitas. 1.13
Cor leonis ſydus. 2.2
Cor ſedes iracundiæ iuxta Plat. 3.9
Corpora tantum dura, aeremque diuerberantia ſonum edunt. 2.12
Corpora diuiduntur trifariam. 2.10
Corpore contabeſcente animus validior. 4.9
Corpoream eſſe animam, quo argumento ſuaſi fuerunt Homerus, & Empedocles. 2.17
Corporis oculus cum hebetatur, mentis oculus acutius cernit. 4.9
Corpus deſpotice regitur ab anima, ſenſus politice. 2.19
Corpus neque ſanum, neque ægrotum quomodo dignoſcatur. 3.4
Corpus per temperantiam immortale ſibi perſuaſerunt Pythagorai. 3.7
Corrigere vitia, munus præcipuum philoſophantium: quo nomine Plato reprehenditur à Diogene. 4.11
Cretenſes cur Iouem ſine auribus pingerent. 3.8
Cromaticum modulandi genus. 1.33
Crudelitas ſæpe fit ex nimio prauitatis odio. 4.11
Cupiditas quid. ibi.
Cupiditas ſecundum Platonem ſita in iecore. 2.9
Currus animæ qualibus equis tractus ſecundum Plat. 3.12

D.

DEferẽs orbis Mercurii mouetur ſuper centro æquantis in longitudinẽ iuxta ſignorum ſeriem: in latitudinem vero perinde vt Veneris deferens. 2.7
Definitionis multiplex natura, eiuſque perfectio. 1.7
Delatores expulſi à Pertinace. 3.8
Demoſthenes quomodo AEſchinem cauillatus in concione per populum. 4.5
Deuiatio Veneris quid. 2.6
Dei liberalitas quam multum ab humana differat. 3.6
Deo qualis idea competat. 1.3
Deus anima mundi indiuidua Platoni. 2.1
Deus principium bonorum, materia malorum Pythagorais. 1.2
Deus monas, ſylua dualitas. ibid.
Deus delegauit procreationem rerum mortalium iis, quas antea creauerat iuxta Plat. 2.9
Deus ſata mitia ſicut reddit ex agreſtibus, ſic affectuum vtiles partes moderanda. 4.11
Deus etiam indignatur, ſecundum Ariſtotelem, nedum boni viri. ibi.
Diapente quid. 1.17
Diapaſon eſt æquitona. 1.21
Diapaſon cum diapente coniuncta. 1.20
Cur diſſonam vocem edant ex ſenten-

ſententia Pythagoraeorum. 1.21
Diapaſon cur omnium conſonantiarum ſuauiſſima & pulcherrima. 1.18
Diapaſon cum diateſſaron copulata. 1.21
Diaſtema muſicum quid. 1.32
Diateſſaron quid. 1.16
Diatonicum modulandi genus. 1.33
Dieſis quid. 1.14
Differentia quid & quotuplex. 1.10
Differentia ſpecifica adiuuat definitionem. ibid.
Diomedes Carafa contra leguleium. 3.9
Diotima quid Socratem docuerit de medio. 3.4
Diſcipulus Laconis praeceptoris gaudere honeſtis, abhorrere à turpibus diſcebat. 3.11
Diſpoſitio & qualitas quid. 1.13
Ditonus quid. 1.34
Doloris Platonis ob Socratem, & Alexandri ob Clytum mortuum differentia. 4.6
Dorica modulatio quem affectum ſuſcitet. 2.19
Dorium eſt medium virtutis, quoniam medios tonos admittit. 3.4
Dorius ſublimis, eiuſque ſpecies. 1.24
Dorius tropus ſeriis rebus adhibitus. 1.23
Dualitas materia, monas Deus Pythagorais. 1.2

E.

Eccentricus orbis quid. 2.4
Echo vnde dicatur, & quomodo fiat. 2.13
Eclipſis lunae & ſolis quando. 2.8
Ecliptica linea. 2.5
Endymionis ſomnus hiſtorice. 2.8
Entelechia quid. 2.10
Ens omne dupliciter diuiditur. 1.4
Entia omnia conſtare ex materia, putauerunt antiquiores. 4.1
Epitriton proportio qua. 1.16
Epogdoa proportio qua. 1.14
Equos ſuos cur Achilles non fruſtra allocutus fuerit. 2.19
Equi duo Platonis ſub curru anima. 3.12
Equi, canes, & caetera pleraque animantia, ſi rationi hominis obediunt, multo magis par eſt, vt affectus obtemperent. 2.18
Eſſentia quid differat à ſubſtantia. 1.4
Eſſentia proprie, & vere eſt in ipſis ſubſtantiis. ibid.
Euentum olim idem, quod accidens. 1.12
Examen virtutum à Chryſippo excitatum. 1.13
Excuſare vitia ſub ſpecie virtutis ſophiſtarum eſt. 4.5

F.

Fabrilis ars Pythagora muſicos tonos inueniendi occaſionem quomodo praſtiterit. 1.14
Fatum quid. 3.2
Fatum an euitabile, & quo pacto. ibidem.
Ficta conſtitutio in muſicis quid. 1.34
Figuram multiplicem mundo tribuerunt Philoſophi. 2.1
Fiſco priuata bona non ſunt addicenda, ſed in publicum ararium exemplo optimorum Impp. 3.8
Fiſcus lien Traiani dicto. ibid.
Fluxiones luna ad ſolem. 2.8
Forma operatione innotuit, materia tranſmutatione. 1.4
Forma virtus inſeparabilis qua. 1.1
Forma virtutum prudentia. ibid.

Fortes non dicuntur propriè, qui ob allatam iniuriam pugnant. 3.5
Fortitudo vera qua. 3.5
Fortitudo manus animæ ſecundum Plat. ibid.
Quo loco magis appareat. ibid.
Fortitudo Cæſaris. ibid.
Fortis & timidi deſcriptio. 4.11
Fortis timet, ſed non nimium. ibi.
Fortis & auarus maiori tractu diſtant à timido, & liberali. 4.6
Fortitudo duplex, heroica, & domeſtica. 3.5
Fortitudo, & temperantia in parte impote rationis. 3.7
Fortitudo in ore omnium verſatur. 3.2
Fortuna ope indiget prudentiæ. 3.1
Forum animæ eſt ſenſus interior. 4.3
Furor ipſe ſatis punit furioſos delinquentes. 3.10

G.

Galeni figura mediocritatem rerum metiens. 3.4
Genus quotupliciter accipiatur. 1.8
Generis definitio cur ſpuria & accidentaria. ibid.
Generis & ſpeciei cognatio. 1.9
Geometria media inter phyſicam, & diuinarum rerum ſapientiam ſecundum Plat. 3.4
Geometrica proportio in iuſtitia quid reſpiciat. ibid.
Græci quales Reges eligebant. 3.8
Guſtus ineſt in humido moderato. 2.15
Guſtus ſub tactu eſt. ibid.
Gygantum fabula explicatio. 3.4

H.

Habitus quid. 2.19
Habitus & diſputatio quid differunt. 1.13
Harmoniam eſſe animam, Cicero probat, Ariſtoteles non item. 2.10
Hemitonium maius & minus quid, & vnde conficiatur. 1.15
Henarmonicum modulandi genus. 1.33
Hipparchi tempore ſphæra octaua quantum proceſſerat. 2.2
Hominem conſtituentia ſecundum Plat. 2.9
Hominis interioris pugna. 4.2
Homo ſeipſo inferior & ſuperior. 4.9
Homo ſibi iniurius an eſſe queat. 3.11
Homo muſicis rythmis conſtat, vt etiam mundus iuxta Pythag. 1.14
Humana inſtrumenta duo potiſſima, mens & manus. 4.9
Humanam carnem qui ſemel deguſtat, in lupum euadit. 3.8
Humores corporis affectus humanos intendunt, aut remittunt. 4.7
Humoribus mutatis ſenſus alterantur. 4.9
Hyle an inter entia. 1.2
Hypodorius iugatus quomodo conſtetur. 1.25
Hypolydius iugatus ex quibus efficiatur. 1.29
Hypomyxolydius iugatus. 1.31
Hypophrygius iugatus vnde componatur. 1.27

I.

Idea quid Platoni, quid Ariſtoteli. 1.3
Duplex vniuerſalis, particularis.
Quid vtraque ſit, &
Quomodo cognoſcatur. ibid.

Idea

Digitized by Google

Idea an ſint ponenda neceſſaria in diuina mente, quales Plato poſuit. 1.3
Iecur ſedes cupiditatis iuxta Plat.
Imaginatiua theſaurus formarum. 2.16
Inceſſus cur denegatus oſtreis, & arboribus. 2.10
Inclinatio Veneris quid. 2.6
Indignatio commiſerationi opponitur: Vtriuſque definitio. 4.11
Indignatio deſeruit iuſtitia. ibid.
Indiuiduum quomodo aliquando differat à ſeipſo. 1.10
Iniuriam inferre deterius, quam pati. 3.10
Iniuria in ſapientem non cadit, ſecundum Stoicos. 3.11
Iniuriam ſibi an quis inferre queat. ibi.
Iniuſtitia totum vitium. 3.8
Inſecta cur facile reuiuiſcant. 2.14
Quomodo olfaciant, cum non reſpirent. ibid.
Inſtrumenta hominis duo, manus, mens. 4.9
Intellectus patibilis & agens quid. 2.17
Intellectus poteſtatis, & intellectus agens quis Peripateticis. 1.13
Intellectus an ſit vnus numero ſecundum Auerroem. 2.17
Intellectus patibilis dicitur etiam materialis. ibid.
Quantopere differat à ſenſu. ibidem.
Intemperantia circa quæ verſetur. 3.7
Intemperanti non eſt deferendus magiſtratus. 4.9
Ira facilius, quam voluptati repugnamus. 3.12
Ira Nicocreontis impotentiſſima aduerſus Anaxarchum. 4.8
Ira quibus modis intendatur & remittatur. 4.7
Ira in animo, vt in arcu neruus. ibid.
Ira inueterata differt ab excandeſcentia. ibid.
Ira alia cur breuior, alia diuturnior. ibid.
Iræ extrema exempla. 4.6
Iraſcentia in corde ſedet ſecundum Plat.
Ira iuuat fortitudinem. 3.5
Iudex formam legis, & mentem magis, quam materiam, & verba reſpicere debet. 3.10
Iudicandi onus proprium Principis. 3.8
Iumenta quædam rationis ſunt ſenſus. 4.11
Iupiter Mineruam, & Iuſtitiam habet filias. 3.8
Iupiter auribus carens apud Cretenſes cur. ibid.
Iupiter, planeta, quantum commeet quotidie. 2.4
Iuſtitia quid, & quotuplex. 3.8
Iuſtitia proportio duplex. ibid.
Iuſtitia viua ad ſtupidum ius quo pacto transferatur. ibid.
Iuſtitia cuius medii coniectatrix. 3.10
Iuſtitiam Ioui aſſidere, quomodo adulatores interpretentur. 3.8
Iuſtitia deſeruit nemeſis. 4.11
Iuſtitia alienum bonum. 3.8
Iuſtitia ſine temperantia eſſe nequit. 4.9
Iuſtitia an in medio conſiſtat. 3.10
Iuſtitia Romæ non lege, ſed Regum arbitrio primum valuit. 3.8
Iuſtitia, & Minerua Iouis filia. ibidem.

Iuuenes affectuum impotentiores. 4.9

L.

LAEtitia geſtiens, & mœror quid. 4.11

Largiendi duo genera, dictum Ferdinandi Regis. 3.6

Laus prodigorum diuerſa à laude liberalium. ibid.

Legès aquo emendantur. 3.10

Leges tyrannicæ non ſunt veræ leges. 3.8

Leges quomodo deprauentur. 3.9

Legibus ineſt materia, & ineſt forma. 3.10

Legitima iuſtitia tota virtus. 3.8

Leguleiorum inſcitia. 3.9

Legum emendatio & æquitas. ibid.

Legum interpretes quomodo animati eſſe debeant. ibid.

Legumlatores ſtudent affectus bonos excitare. 4.11

Lex minus quam Regum arbitrium primo Romæ valuit. 3.8

Lex nunquam erit, quæ ſanctio iniuſta eſt. ibid.

Lex iniuſta eſt, cum recedit à medio, cuius iuſtitia coniectatrix eſt. 3.10

Lex iniqua eſt, quæ in iniuriam alterius protrahitur. ibid.

Liberalitas circa quæ verſetur. 3.6

Liberales laudantur diuerſo modo, quã prodigi, & à diuerſis. ibid.

Liberalitas Ciceroni eſt iuſtitiæ pars. 3.8

Liberalitas humana & diuina quibus differant. ibid.

Lien in Repub. fiſcus. ibid.

Limma quid in Muſica. 1.15

Lineam tranſilire eſt peccare, ſecundum Stoicos. 4.6

Lingua arida, aut nimis humecta cur non rectè guſtet. 2.15

Lucent quædam in tenebris, neque tamen illuminant. 2.11

Luna quare non deficiat ſemper in oppoſita radiatione Solis: aut ipſe in ſilentio Lunæ. 2.8

Lunæ orbita deuia.

Lunæ eclipſis quomodo.

Lunæ fluxiones ac ſemita.

Lunæ motuum obſeruator primus Endymion. ibid.

Lunare corpus an moueatur à propria intelligentia, an cum ipſo epicyclo. 2.8

Lupus fit, qui ſemel humanam carnem deguſtauit. 3.8

Lycurgus Thraciæ Rex vites ſtirpitus ſuccidit. 4.11

Lydia modulatio quos affectus excitet. 2.19

Lydias modulationes tanquam accommodatas gemitibus exploſit Plato à ſua Rep. ibid.

Lydius tropus excitandæ menti adhibitus. 1.23

Lydius ſublimis ex quibus proueniat. 1.28

M.

MAga quid aduerſus Philemonem ſtruxerit. 4.6

Magiſtratus incontinens cur nequeat eſſe iuſtus. 4.9

Manus & mens inſtrumenta hominis. ibid.

Mars quantum commeet quotidie. 2.4

Martis orbis & motus. ibid.

Materia quid ſit ſecundum diuerſos Philoſophos. 1.12

Materia principium malorum, Deum bono-

honerum ſecundum Pythag. 1.2
Materia tranſmutatione formarum, forma operatione innotuit. 1.4
Materia duplex Ariſtoteli, vna tamen numero, quamuis contrariis rebus ſubſternatur. 1.2
Materia dualitas, Deus monas Pythagoræ. ibid.
Materia cur mendax. ibid.
Materia virtutis quæ. 1.1
Materia mixtione quæ virtus indigeat, quæ non. 1.5
Mathematicus conſiderat, quæ ſunt in materia abſtrahendo. 3.4
Mediocritas affectuum opus rationis. 3.3
Medium quotuplex. 3.4
Medium in qualibet re conſtitui poteſt. ibid.
Medium in artibus aperiendum, vt ſit iuſta permutatio. 3.8
Medium virtutis muſicum inter Nete, & Hypate. 3.4
Medium inuenire difficile, & ab eo facile eſt aberrare. 3.3
Medium inter ſcientiam & ignorantiam.
Inter ſanitatem & morbum.
Inter vocales literas, & mutas.
Inter nomen & verbum.
Inter phyſicam & diuinam. 3.4
Medium continentia dolenter ſuſcipit, vtpote imperfecta virtus. 3.12
Memoria & reminiſcentiæ differentia. 2.16
Mendax cur dicta materia. 1.12
Menedemus vniuocam virtutem poſuit. 1.15
Menedemus anteſignanus eorum, qui virtutem vnam prudentiam eſſe, dixerunt, proſternitur. 1.1
Menedemus & Ariſto virtutes omnes præter prudentiam ſuſtulerunt. ibid.
Mens immortalis eſt, inſtrumenta intereunt. 2.9
Mentem venire extrinſecus ſecundum Ariſtot. 2.18
Mentis oculus acutius cernit hebetato corpore. 4.9
Mercurii theorica. 2.7
Mercurius hoc differt à Venere, quia dimidiū eius, in quo eſt epicyclus, ſemper procumbit in Auſtrū, Veneris autem aſſurgit in Aquilonem. ibid.
Meretrix volentem ſpolians an iniuriam faciat. 3.11
Mæror & lætitia geſtiens quid. 4.11
Metus mediocris prudentiā fouet. 4.10
Midæ cur aſini aures tribuit antiquitas. 3.8
Miltiadis trophæa inſomnem Themiſtoclem fecere. 4.10
Minerua & Iuſtitia Iouis filiæ. 3.8
Miſericordia quid. 4.11
Miſericordia non ſeparatur à benignitate. ibid.
Modulationes quæ ques affectus excitent. 2.19
Modulaminum genera quot. 1.33
Monas Deus, dualitas ſylua Pythagoræ. 1.12
Moralis virtus habet affectum pro materia, rationem pro forma. 1.1
Morbi nunciis, & fecialibus præmiſſis ſæpe aduenıunt. 3.4
Morbos animi eſſe affectus, Stoici docuerunt. 4.10
Motor primus qualis. 1.4
Motus trepidationis quid. 2.3
Motuum diuerſitas vnde. 2.1
Motu probatur anima æternitas. 2.10

Digitized by Google

Mouens comparatur forma in eo, quod actus: Motũ materia, qua potẽtia. 1.4
Mundus animal magnum Platoni. 2.9
Mundus animal intellectu praditum ſecundum Platonicos. 1.4
Mundus caſu factus ſit, an per diuinam ideam. 1.3
Mundus an ſit animatus. 2.1
Ab ornatu dictus iuxta Pythag.
totus continetur ab anima.
Formam habet oui, turbinis, figura multiplicis ſecundũ Philoſoph. ibi.
Mundum animatum cenſuit Ariſtotel. ſed modo quodam animatum. 2.1
Mundum non eſſe vnius ſpeciei, cenſuit Plato. ibid.
Mundũ maiorẽ & minorẽ muſicis rythmis conſtare, putauit Pythag. 1.14
Muſicam vocalem autor nunquam exercuit. 1.15
Muſica inuentio ex fabrili arte. 1.14
Muſica quomodo ad affectus ſedandos efficax. 2.19
Muſica ſedatrix affectuum quomodo iuxta Pythag. 1.14
Muſici tropi quot, & vnde denominati. 1.23
Myxolydius ſublimis. 1.30

N.

NAtura duplex in cunctis animatis. 2.1
Naturalis ſubſtantia quotuplex. 1.4
Nemeſis à probis viris non ſubducitur, ſed ne à Deo quidem. 4.11
Neronis quinquennis laus à Traiano. 3.8
Nicocreontis impotentiſsima ira aduerſus Anaxarchum. 4.6
Nummus menſura indigentia non natura, ſed hominum inſtituto. 3.8
Numeri extremi nullam conſonantiam edunt, teſte Ariſtotele. 1.21
Numerum ſeipſum agitantem eſſe animam, plerique dixerunt. 3.8

O.

OCuli chariſſimi omnium partium. 2.11
Oculo corporis hebeſcente mentis oculus acutius cernit. 4.9
Oculus quomodo videat ſecundum Plat. Ariſtot. Auerr. 2.11
Oculus mentis eſt prudentia Platoni. 3.7
Olfactus quid. 2.14
Orbis epicyclum deferens. 2.4
Organicum & poteſtate vitam habens, plerique idem putant. 2.10
Oppoſita non prodeunt ab eodem principio. 4.4
Operatione forma primum innotuit, materia tranſmutatione formarum. 1.4
Oſtentatio ſophiſtarum qua. 4.5
Oſtreis & arboribus quare denegatus ſit inceſſus. 2.10
Otiandi cum laude egregium exemplum. 1.34
Ouum forma mundi iuxta quoſdã. 2.1

P.

PArmenionis patris ad Philotam monitum de moderanda virtute. 4.6
Paſſiuus intellectus quis. 1.13
Peccare eſt lineam tranſilire, ſecundum Stoicos. 4.6
Peccata non eſſe paria, contra Stoicos. ib.
Peregrinis ſtipatoribus tyranni cur magis fidant. 3.8
Peripatetici ideas, tanquam monſtra abigunt. 1.3
Philemon [illegible] *Mega que ſupplicio affectus.* 4.[illegible]

Philo-

Philoſopho vero indigna eſt ſophiſtica. 4.5
Philoſophorum definitiones quid diſtent à rhetoricis: 1.7
Philotas inclyta virtutis vir ob inuidiam tortus. 4.6
Philoxenus intemperantiſſimus qualem gulam ſibi optauerit. 3.7
Phrygius ſublimis vnde conſtituatur, & perficiatur. 1.26
Phrygius tropus bello aptus. 1.23
Phrygia modulatio quid in affectibus operetur. 2.19
Phthongus in muſica quid. 1.32
Planeta conſiſtens, velox, retrogradus quando dicatur. 2.4
Planetarum orbis eccentricus & concentricus. 2.4. & ſeqq.
Plotinus quid ſentiat, hylem eſſe. 1.2
Plato quibus argumentis ideas poſuerit. 1.3
Plato quid in limine ſui auditorii inſcripſerit. 3.4
Plato quid eſſe materiam cenſuerit. 1.2
Plato ſophiſtas vbique exagitauit. 4.5
Plutarchi nominis deriuatio. 1.1
Pœnitudo quid. 4.11
Poeta cauillis vtuntur ad vrbanitatem. 4.5
Poli orbium deferentium augem eccentrici Lunæ à polis ſigniferi quantum differant. 2.8
Poli ſigniferi diſtant à polis primi orbis. 2 3
Populus errantes in concione publice emendabat Athenis. 4.5
Potentia quid. 2.19
Potentia per actus diſtinguuntur. 4.4
Potentia alia natura, alia ratione. 2 19
Potentia non eſt ſubſtantia materia. 1.2
Prodigi quam diuerſe laudantur, quam liberales. 3.6
Prouidentia diuina quid. 3.2
Præceptoris Laconis dictum. 4.11
Præmia leuia quadam cur à legislatoribus inducta. ibid.
Prauitatis odium nimium moderandum; ne euadat in ſæuitiam. ibid.
Primum mobile antiquis ſtellatus orbis. 2.1
Primum mobile nonam ſphæram quomodo Ptolemæus inuenerit. 2.2
Primæ ſubſtantia cuiuſmodi ſint. 1.4
Principis cohors veluti manus eiuſdem. 1.7.
Principis proprium eſt iudicare. 3.8
Principes bonos amamus, malos odio proſequimur. ibid.
Principatus virum oſtendit. ibid.
Priuatio duplex. 4.6
Proclus qualem eſſe materiam, dixerit. 1.2
Prodigalitas quid. 3.6
Prodigus cur melior auaro. 4.6
Prodigus princeps neceſſario ſit rapax. 3.8
Proportio iuſtitia duplex. ibid.
Proprium quotuplex Platonicis, aut Porphyrio. 1.19
Prudentia quid. 3.1
Princeps virtutum ſecundum Platonem. 3.7
Ope fortuna indiget. 3.1
Quomodo indigeat. 3.3
Mentis oculus Platoni. 3.7
Fouetur à metu mediocri. 4.10
Sola eſt virtus, cæteris exploſis ab Ariſtone & Menedemo. 1.1
Prouidentia Dei quomodo non aduerſentur, quæ hominib. contingunt. 3.2
Pſellus quomodo ſyluam, hoc eſt, materiam

Digitized by Google

riam deſcripſerit. 1.2
Ptolemæus primum mobile ſupra octauam ſphæram quomodo deprehenderit. 2.2
Pudor quid. 4.1
Pueri iræ, ac cupiditati cur magis obnoxii. 2.9
Pulmones cordi cur appoſiti ſecundum Plat. 2.9
Pythagorai quid materiam, & Deum eſſe, pronunciauerint. 1.2
Pythagoras muſicam quomodo inuenerit, & arcana naturæ per eam ſcrutatus fuerit. 1.2
Pythagoras cur ſuos diſcipulos inſtituit, vt obdormiſcerent, & expergiſcerentur cantibus. 1.34
Pythagoræ inter ſuos autoritas. 3.10
Pythagoræ talionatus improbatur. 3.8

Q.

QValitas & diſpoſitio quid diſcrepent.
Quomodo admittat magis, & minus. 1.13
Qualitate non conſtat virtus, ſed eſt qualitas. ibid.
Qualitates quædam videntur eſſe, neq; ſunt. ibid.
Quinquennium Neronis à Traiano laudatum. 3.8

R.

RAdius oculi igneus, non adurens, ſed æthereus ſecund. Plat. 2.11
Ratio, & affectus an idem. 4.1
Rationem & affectum idem non eſſe. 4.4
Ratio & affectus ratione repugnantia differunt. 4.2
Ratio perficit, appetitus mouet. 3.3
Rationis ſedes in capite iuxta Plat. 2.9
Ratio ſine affectib. hebes eſt, vt que vento deſtitutus gubernator. 4.11
Ratio tanquam iudex ſedet in ſenſu cõmuni, tanquam foro ſuo. 4.3
Rationis imperium. 4.9
Rationis iuſtũ imperiũ in affectus. 2.19
Ratio quomodo perturbetur. 4.3
Ratio quomodo de ſuo regno deturbetur. 4.9
Rationis imperium duplici exemplo probatur. 2.10
Rationis eſt affectus ad mediocritatem reuocare. 3.3
Ratio non eſt ſola animam conſtituens. 2.1
Ratio validior contabeſcente corpore. 4.9
Ratio ſola nunquam errat. 4.3
Regia ſtella cor leonis. 2.2
Reges apud Græcos quales eligebãtur. 3.8
Regum arbitrium, non lex Romæ primum imperitabat. ibid.
Rex Dei ſimulacrum quoddam. ibid.
Relationem Plato ad aliquid nuncupauit. 1.6
Relationum genera plurima. ibid.
An contraria admittant. ibid.
Reminiſcẽtia & memoria differẽtia 2.16
Res quomodo aboleantur. 1.1
Rhetorica definitiones à Philoſophicis quid diſcrepent. 1.7
Reſpectum, ſiue relatiuum Plato ad aliquid nuncupauit. 1.6
Roma Reges plus, quam leges valuere. 3.8

S.

SAnctio iniqua nunquam lex erit. 3.8
Sanitas animi eſt temperantia Platoni. 3.7
Sapientia quid. 3.1
Sapiens iniuriam non accipit ſecundum Stoicos. 3.11

Sapor

Sapor quotuplex. 2.15
Saturnus quantum commeet quotidie. 2.4
Saturni orbis & motus. 2.4
Scientia quid. 3.1
Scientiæ nomine Stoici virtutem definiuere. 1.12
Scientiarum addiſcendarum methodus. 3.4
Scientia naturalis non agit de rebus à materia ſeiunctis. 2.18
Scientiam Plato reminiſcentiam putauit. 3.1
Sciens non conſultat. ibid.
Secundæ ſubſtantiæ quæ. 1.4
Secundæ ſubſtantiæ an dicantur ad aliquid. 1.6
Senes cur iuuenibus prudentiores ſecundum Ariſt. 4.9
Senibus ſecundum Ciceronem iucundius eſt voluptate priuari, quam frui. ibid.
Senſus ab intellectu quantopere diſtet. 2.17
Senſus exteriores interiori ſpecies obiectas offerunt. 2.16
Senſus ciuili imperio regitur ab anima, corpus herili. 2.19
Senſus afficiuntur ſecundum Ariſtot. 2.11
Senſus communis ſenſatorum ſimulacra ſuſcipit. 2.16
Senſuum ſingulorum obiecta & inſtrumenta. 2.10
Separata ſubſtantia quot ſecundum Ariſt. 1.4
Separatæ ſubſtantiæ orbium motrices. 1.1
Seruius Sulpitius à Cicerone cur non iuris, ſed iuſtitiæ conſultus dictus. 3.10
Spectrum, à quo artifex imitationem capit, idea eſt artificis. 1.3
Seſquioctaua proportio quæ. 1.14
Similitudo affecla & quaſi comes conſonantiæ. 1.21
Socrates recomprobauit, in ſapientem non cadere iniuriam. 3.11
Sol, eiuſque motus. 2.5
Sol quare non deficiat ſemper in ſilentio Lunæ, aut ipſa in oppoſita radiatione Solis. 2.8
Solis deliquium quomodo. ibid.
Somnus & vigilia Pythagorais incipiebatur cantu. 1.24
Somnus Endymionis hiſtorice. 2.8
Sonus à quib. corporib. edatur. 2.12
Sophiſta definitio. 4.5
Sophiſmatum diuerſorum exempla. 4.5
Sophiſtæ oſtentatores. ibid.
Sophiſtica dupliciter diuiditur. ibid.
Sophocles à Cicerone laudatus. 4.9
Species definitio quomodo intelligenda, & ſpeciei, & generis cognatio. 1.9
Specifica differentia definitionibus idonea. 1.10
Speculatiua pars animæ qualis. 1.5
Speculo quomodo ſimilis materia. 1.2
Sphæra octaua & nona figura. 2.2
Sphæras contrarias anima mundi temperat. 2.1
Sphæra octaua primum mobile antiquis. 2.2
Stellæ rata quanto ſpatio temporis circulum ſuum conficiant. 2.2
Stellatus orbis antiquus primum mobile. 2.1
Stellas tanquam viua corpora vocat Ariſtot. 1.4
Stipatoribus peregrinis libentius ſe credunt tyranni. 3.8
Stoici peccatorum paritatem quibus argumentis poſuerint. 4.6

Digitized by Google

Stoici virtutem, aut vitium fieri putabant, cum ratio ipſa in affectus aliquos commutabatur. 1.12
Stoici quomodo virtutem eſſe ſcientiam definiuerint. 1.12
Subdorius.
Sublydius.
Submyxolydius.
Subphrygius tropus quis. 1.23
Subſtantia quid. 1.4
Subſtantiæ aliæ principes, aliæ ſecundæ. ibid.
Separatæ ſubſtantiæ quot ponantur ab Ariſtot. ſecundum Eudoxum. 1.4
Subſtantiarum ſeparatarum numerus par orbibus cæleſtibus. ibid.
Subſtantia prima immobilis, vnde cæterarum ſeparatarum motus. ibid.
Subſtantia, ſaltem ſecunda, an dicatur ad aliquid. 1.6
Superpartiens numerus quis. 1.15
Superpartiens proportio qua, & quid oƿeretur. 1.21
Superbipartiens & ſupertripartiens ſpecies quid, & quam muſicam edant. ibid.
Superpartiens proportio conſonantiam non gignit. ibid.
Sylua, hoc eſt, materia quid ſecundum Pſellum. 1.2
Syſtema muſicum quid. 1.32

T.

Talionatus Pythagora improbatur. 3.8
Temperantia & continentia quid differant. 3.12
Temperantia & fortitudo in parte impote rationis. 3.7
Temperantia ſanitas animi Platoni. ibi.
Temperantia ſeruatrix virtutum ſecũdum Pythagoram: item corporis vel vſque ad immortalitatem. 3.7
Temperantia eſt virtus bene purgata, continentia non item.
in Tenebris cur quædam luceant. 2.11
Tetrachordum quid, & quibus conſtet. 1.33
Thiamenes ob mediocrem metum prudentiſſimus euaſit periculum. 4.10
Timor & dolor quid. 4.11
Timidi & fortis deſcriptio. ibid.
Timor mediocris fouet prudentiam 4.10
Timor Dolonis & Aiacis quid differat. 4.6
Titius quid ſignificet apud Poetas. 2.9
Tonus quid, & eius demonſtratio. 1.14
Trepidationis motus diuiſus à motu circuitionis. 2.3
Cur additus ſtellato orbi. ibid.
Tropi muſici quot, & vnde nomina duxerint. 1.23
Tropi à regionibus, vel ſecundum alios à formula numerorũ denominati, & à noſtratib in partes octo diuiſi. 1.23
Triſtitia exterminatio bonorum. 2.9
Turbo forma mundi iuxta quoſdam. 2.1
Tyrannos quæ efficiant. 3.8
Tyrannorum genus multiplex. ibid.
Omnia in omnes ſibi licere putant.
Leges eorũ non merentur nomẽ legũ.
Digni odio, vt boni principes veneratione.
Cur peregrinis facilius ſe concredãt.
Cur iura tranſgrediantur. ibid.

V.

Venus duplex Platoni. 4.4
Venus eiusq; motus. 2.6
Triplicem habet latitudinem.
Aux illius ſæpe vergit in auſtrum.
Deuiatio eius, & inclinatio quid.
Aux illius ſemper in eodem loco, quo eſt

Digitized by Google

eſt aux Solis ſecundum longitudinem, non ſecundum latitudinem.

Aux eiuſdem differt ab augibus ſuperiorum.

Venus hoc differt à Mercurio, quia dimidium eius, in quo eſt epicyclus ſemper aſſurgit in aquilonem: Mercurii a. procumbit in auſtrum. 2.7

Venus Sophocli inuiſa. 4.9

Verris cohortem eiuſdem manum dixit Cicero. 1.7

Veritas altercando obſcuratur. 2.10

Veritatem perſpicere nequit affectibus occupatus animus. 4.2

Vigilia & ſomnus Pythagoraorum incipiebatur cantibus. 1.34

Vincere ſeipſum maxima victoria. 4.9

Virga aerem ſcindens cur ſonū edat 2.12

Virgilius animam mundi Platonice deſcripſit. 2.1

Virgilius quodam carmine ideas refutare videtur. 1.3

Vir bonus & aquus quis Ariſtoteli. 3.10

Virtus quid ſit, veteres quare non potuerunt ſcire. 1.13

Virtus eſt qualitas, non conſtit qualitate, vt Chryſippus cenſuit. ibid.

Virtus in medio ſeruatur, ab extremis corrumpitur. 3.3

Virtutis medium harmonicum eſſe. 3.4

& Dorium medium. ibid.

Virtus qua non vtitur affectibus, in ſummo eſt. 3.3

Virtus non indigens mixtione materia qua. 1.5

Virtutis definitio ſecundum Stoicos. 1.13

Virtus vniuoca Menedemo. 1.5

Virtutis definitio à Chryſippo allata præpoſtere. 1.13

Virtus alia perfectior, quam alia. 4.6

Virtus ſecundū quoſdā vna prudētia. 1.1

Virtus virtuti non opponitur, vt vitium vitio. 3.8

Virtutes quadam in medio, quadam in ſummitate conſiſtunt. 3.3

Virtutem inuertere, & ſyncerum vas inficere, ſophiſticum eſt. 4.5

Virtutes non aque diſtant à medio: ideo peccata non poſſunt eſſe paria. 4.6

Virtutem eſſe diſpoſitionem quandam, veteres conſenſerunt. 1.13

Virtutum examen à Chryſippo excitatum. ibid.

Viuere quid. 4.8

Vinētia propter vim altricē viuūt. 2.10

Vita an ſit expetenda. 4.8

Vitia ſub ſpecie virtutis excuſant ſophiſte. 4.5

Vlyſſes coram Penelope quam bene affectus moderatus fuerit. 2.10

Vnum pluriſariam dici. 4.1

Vniuoca virtus Menedemo. 1.5

Voces perfecta & imperfecta. 1.34

Voluntas libere eligit, aut declinat. 3.2

Quo potiſſimum argumento ſit libera. ibid.

Voluptas quid. 4.11

Voluptas fomes malorum. 2.9

Voluptati difficilius repugnatur, quam ira. 3.11

Vrinantes cur olfacere nequeant. 2.14

Z.

Zeno vnam virtutem eſſe ſubſtantia, relatione multas ſenſit, adhærens Ariſtoni. 1.6

Zenonii principatum anima intellectui agenti tribuerunt. 1.13

Zenonis definitio, ad virtutem accommodata, cur neque generi conuenit, neq; diſcrepat differentia. 1.12

Zenonis dictum ad diſcipulos de ſpeculanda muſica. 2.19

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

523821